Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

Neque id repugnat Trid. citato, quia eius doctrina potest intelligi per se loquendo quando & vbi notitia Euangelij haberri potuit, non autem quando & vbi morali hominum industriæ illa notitia nondum obtaineri poterat.

Obiectio.

aduentu non cessasse, neque Christus vñquam temeriter influuiuit, vel altiude potuit constare Iudeis quod eorum lex cessaret statim in aduentu Messie.

Confir. lex aliqua data communitati communiter non solet cessare per voluntatem principis, nisi aliquo actu sufficienter declareret se velle ut lex vim suam non retineat, quod hic non contingit.

Nec obstar quod ea quae lex prescribebat essent figure, & vmbra quae in Christi aduentu cessarent, quamvis enim cessarent quoad illam rationem; non cessarent tamen quoad vim obligandi quam retinere potuerunt priori ratione euangeliente.

Ad confirmationem Resp. Euangelistam nolle legem Mosaicam cessasse itatim à prædicatione Iohannis Baptista, sed quod in Iohanne cessarent antiquæ legis prophetæ de Christo venturo, nam voluit significare Iohannem digito demonstrasse eum præsentem quem ceteri Prophetæ solùm prænuntiariare venturum. Dici etiam potest legem durasse usq; ad Iohannem, non quod eius prædicatione fuerit abrogata, sed quod cœperit seneccere & ad interium tendere, quia Iohannes sua prædicatione præparabat corda filiorum Israël ad Christum.

Obiectur 2. saltem lex Mosaicæ cessavit in morte & passione Christi; ergo in ea lex euangelica debuit incipere obligare, cum videatur absurdum Iudeos alij quo tempore fuisse sine obligatio-ne legis divine. Confir. in morte Christi translatum est sacerdotium; ergo & lex, & proinde statim à morte Christi lex euangelica obligauit. ex his confici videtur baptismum ab eo tempore incepisse esse necessarium.

Resp. de antecedente esse diuersitatem sententiæ, aliqui censent legem antiquam solùm cessasse quando noua est promulgata, alij existimant cessasse in morte Christi; quod tenet D. Th. 1. 2. quest. 103. art. 3. ad 2. & communis alij, videturque verius. quia ante Pentecosten, & in morte Christi, antiquam sacerdotium est translatum, de quo Apostolus ad Hebreos 7. aliqui hanc sententiam tenentes censent legem nouam tunc incepisse obligare & antiquam cessaſſe, non tantum quoad obligationem, sed etiam quoad omnem vim, si quam forte habuerit respectu iustificationis interioris. quod etiam afflirent de remedio legis naturæ contra peccatum originale, ea virtute soli baptismo relicta. sed quid quid sit de hoc posteriori.

Resp. prius videri minus probabile, vnde nego consequentiam argumenti eiusque probationem. nam si nullum est absurdum gentes longissimo tempore fuisse sine lege diuina potuisse, quid absurdum continet si dicamus Iudeos tantillo tempore quod intercessit inter passionem & Pentecosten eadem caruisse, præsertim cum lex euangelica non solos Iudeos debere respicere, sed etiam Gentiles qui in eandem Ecclesiam erant coalituri, & proinde non est necesse dicere Iudeos noua legem obligatos (quod tamen postulat argumentum, si quia concludat) antequam Gentiles eadem tenebentur. Que omnia confinari possunt: Christus in morte nondum constituerat caput Ecclesie, nondum Episcopos, nondum tribunal penitentiale, nondum præceperat prædicari Euangelium, que ostendunt tunc Ecclesiam nondum perfecte formatam; non est autem conueniens leges condere quæ conseruant perfecte obligare pro eo tem-

pore quo corpus nondum est constitutum, nondum constituta capita; ergo verius est nouam legem non obtinuisse vim suam obligatoriam in morte Christi, sed id postea futauerit factum per actus Christi mysterijs & Apostolis eam promulgantibus. Ex quo patet ad confirmationem, quod licet in morte Christi lex vetus fuerit antiquata & translatum eius sacerdotiorum, noua tamen nondum perfecte vim suam obtinuerit.

Corollaria.

Ex quo patet baptismi um eo tempore non fuisse ad salutem necessarium, immo probabilis videtur antiquis ceremonijs relictam virtutem, quam prius habebant, que relinqui potuit donec baptismus esset in præcepto, quamvis populus Iudeus per se loquendo ad eorum obsecrationem non obligaretur. idque videtur conformius dñe misericordia, ne alioquin innumeris Iudeis carentem remedio contra peccatum originale, ut in simili hoc dubio dictum est.

Obiectio 3. in morte Christi nouum testamentum est confirmatum; testamentum autem confirmatum obligat.

Resp. neg. minorem; quia testamentum propriè incipit obligare quando publicè manifestatur quid in eo contingatur, vnde testamentum Christi non debuit antea obligare, quam per Apostolos quibus id erat demandatum populis promulgaretur, qua promulgatione facta cœpit obligare, & ita quidem ut relipet eorum ad quorum notitiam lex peruenire poterat, tam circumcisio quam alia remedia legis naturæ contra peccatum originale essent inutilia ad iustificationem. Dico inuita, quia non statim vbi lex euangelica cœpit obligare, ceremonia legis Mosaicæ fuerunt Iudeis prohibita, sed ex peculiari Dei dispensatione & compassione erga Iudeos licuit illis vti antiquis ceremonijs etiam aliquanto tempore post legis euangelice promulgationem, ut patet ex Act. 21. vbi Paulus ex consilio S. Iacobi fuit purificatus secundum morem Iudeorum. & Act. 16. idem Apostolus curauit circumcidere Timotheum quem assumperat, idque propter Iudeos, quia natus erat matre Iudea, id vero siebat ut Iudei hac ratione faciliter ad Ecclesiam aggregarentur, aduententes suas ceremonias non sibi subito prohiberent tanquam malas.

Ex quo patet ceremonias Iudeorum non fuisse statim mortiferas, ac fuerunt mortuæ, quod est contra S. Hieronymum, contra quem sentit August. epist. 19, que est ad eundem Hieronymum, & S. Thom. 1. 2. quest. citata art. 4. ad 1.

Nec obstat quod Paulus, ut refert ad Galatas 2. reprehendit Petrum quod ceremonias Iudeorum obserueret, dicens quod reprehensibilis erat, id enim non fecit quod iudicaret nullo modo licere vti ceremonijs Iudeis, cum illis circa se & alios vissus fuerit, sed quod B. Petrus suo exēplo & facto quodammodo cogeret gentiles Iudaizare, eoque iudicaret iudicare, ut arbitrarentur ceremonias legis esse ad salutem necessarias. nam, ut ex eodem cap. patet, cum Petrus Antiochiae ederet cum gentibus antequam aliqui Iudei cum Iacobō venirent, his venientibus se subtraxit minus circumspicere, cum ea subtrahitione videretur inducere gentiles ad Iudaizandum; quamvis ergo aliquamdiu post promulgationem legis euangelica Iudeis licitus fuerit vius suarum ceremoniarum, illæ tamen in tali circumstantia non debebant cum scandalo gentium usurpari, & proinde Petrus in eo erat reprehensibilis, siue formaliter

Obiectio 3.

12.

Obiectio 3.

peccauerit leuiter, siue non peccauerit, existimās id sibi licere ex affectu & compassione erga Iudeos, vt videlicet doceret eorum legem non fuisse abrogatam tanquam malam. Confir. quia Apostolus hæc & similia adfert vt ostendat Galatis ceremonias legis non esse ad salutem necessarias, & gentes venientes ad Christi Ecclesiam non debere obseruare legalia, quod aliqui Galatis persuadere conabantur. Vnde eodem capite noluit circumcidere Titum, tum vt ostenderet id non esse necessarium, tum quia natus erat parentibus gentilibus, quibus eo tempore non erat licitus vius ceremoniarum Iudaicarum, sed solis Iudeis, vt notauit D. Th. response citata ad i.

Ex dictis sequitur legem euangelicam à multis saeculis ita obligare, vt sit illicitum, etiam Iudeis vti Sacramentis & purificationibus Iudaicis, & proinde non licere vli se circumcidere, non tantum ad representandum Christum venturum, (quod esset infidelitas) sed etiam simpliciter per modum cultus, quia talis cæmeria solùm ad parum tempus Iudeis est permisæ, alioquin ex lege diuina talis cultus est reprobatus per legem euangelicam, per quam etiam reprobatus est vñus remedij legis naturæ contra peccatum originale, nam præcipiendo baptismum vñicum remedium, cætera sunt reprobata cum moderatione suprà indicata.

## D V B I V M III.

13. *Vtrum adultus possit baptismum differre?*

De duplo tempore intelligi potest quæsto.

Conclus. 1. Adultus in periculo mortis tenet data occasione baptizari. Iean. 3.

Q VÆSTIO hæc potest intelligi, vel de tempore quo lex ecclesiastica vigebat de non celebrando baptismio extra certa anni tempora, vel de eo tempore quo antiqui canones exoleuerunt: item potest intelligi instanti mortis periculo, vel extra periculum mortis.

Dico 1. si adultus versetur in mortis periculo non potest baptismum differre, sed tenetur data opportunitate recipere.

Probatur quia non potest assignari tempus quo præceptum baptismi magis vrgeat, cùm igitur sit præceptum de baptismio recipiendo, vt patet Iean. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu. S. non potest intrare in regnum Dei, ex quo non solum ostenditur necessitas mediæ, sed etiam præcepti respectu adultorum, sequitur adultum in mortis periculo teneri baptismum recipere. 2. homo tenet saltem in eo articulo se Deo reconciliare, ergo & baptismum recipere, sine quo quando datur illius copia non potest in tali articulo reconciliari, cùm non possit reconciliari nisi sit paratus Dei mandata seruare, quæ maximè vrgent in ea necessitate. 3. Christus instituit Ecclesiam in quam volunt homines intrare, ergo ad id tenentur saltem in fine vita; id autem fit per baptismum, qui est realis ingressus in familiam Christi. 4. homo tenet saltem in fine vita propositis sufficenter mysteriis fidei diuina fide credere, cùm fides obliget vt aliquando Deo reuelanti credamus, eadem autem obligat vt externum fidei symbolum aliquando recipiamus; non datur autem tempus quo magis vrgeat præceptum quædam dum homo versatur in vita periculo.

Ex quibus patet hominem teneri in illo arti-

culo baptismum recipere, tum obligatione orta ex ipso præcepto baptismi per se, tum ex alijs capitibus, quibus vt satisfiat necesse est baptismum recipere.

Patet 2. decedentem sine baptismio non tantum damnandum quia caret medio salutis & remedio, contra peccatum originale, sed etiam quia peccauit negligendo præceptum, & vt videtur multiplici peccato. 1. formaliter transgrediendo præceptum de baptismio recipiendo. 2. negligendo præceptum de recipienda Eucharistia. 3. contra charitatem sui non constituendo se in statu gratiae in fine vita.

Ex quibus sequitur quod homo nondum in fide instructus teneatur in eo articulo sibi comparate notitiam aliquorum fidei mysteriorum, cum inter necessarias dispositiones ad iustificationem adulti fides recentetur, vt ostenditur 1. 2. quæst. 112. & docet Trid. sess. 7. cap. 6. ex quo constat hominem non posse utiliter hoc Sacramentum recipere, nisi aliqualem habeat notitiam quorundam articulorum fidei: quorum autem notitiam habere debeat, explicandum 2. 2. in materia de fide.

Dico 2. quo tempore baptismum extra certa tempora non solebat conferri, adultus etiam in fide sufficenter instructus poterat baptismum differre.

Porro olim non debuile quolibet tempore extra casum necessitatis baptismum conferri, patet ex epist. 4. Leonis cap. 6. vbi patet duo tempora scilicet Paschatis & Pentecostes fuisse constituta. vide etiam epistolam 1. Sircij, qua est ad Himerium Episcopum Tarragonensem, habetur canon. ratione, de consecratione dicit. 4. vbi videri possunt canones. hoc præcepto posito certum est non peccasse baptizandos etiam instructos baptismum vñque ad illud tempus differre, quia extra illa tempora ministri non poterant baptismum conferre, vt patet ex epist. Leonis citata cap. 6. & ex epist. 80. vbi indicat id prouenire ex Apostolica traditione.

Obiter aduerte quod licet in Gallia etiam infantes solùm baptizarentur illis diebus, tamen in Ecclesia Romana respectu parvolorum nullum tempus fuerit præscriptum.

Dico 3. hoc tempore quo antiqui canones contraria consuetudine sunt abrogati, homo in fide sufficenter instructus non potest diu baptismum differre.

Probatur, constat esse præceptum baptismi recipiendi, per quem in familiam Christi intremus, cuius præcepti executio non solùm videtur vrgere pro fine vita hominis, sed etiam in vita; in vita autem non potest commodius tempus assignari quam illud quo homo sufficenter est in fide instructus.

Confir. si homo toto tempore vita negligat intrare in Christi familiam, moraliter censetur Christum contemnere, qui eam instituit, conclusio est cōmuni Theologorum contra Caietanum circa art. 3. existimantem cōtra determinationem ecclesiasticam non posse determinari tempus extra articulum necessitatis, quo teneatur adultus hoc Sacramentum recipere,

Dixi, dñs, quia si parum differat non statim mortaliter peccabit, quando verò quis censetur mortaliter diu differre, pender à prudentis iudicio spectatis circumstantijs. Adde si iudicio prudentis iusta causa sub sit nullum futurum peccatum, si baptismus aliquo anno tempore differatur; vt si Rex eiām

Decedens  
damnum  
sue bapti-  
mo sua ca-  
pa impli-  
ter peccat.

Conclu-  
sionis  
1. Adultus  
etiam in  
casu  
dissimili-  
bus pos-  
sunt  
differen-  
tia  
primum  
Lxx.

Can. m. ra-  
tione,

In Ecclesi-  
Rom. inde-  
cis olim  
quos si  
pore bapti-  
zabantur.

Codex. 2.  
Iam homo  
in fide  
stratus  
non possit  
dissimili-  
bus pos-  
sunt  
differen-  
tia  
coorta  
Cait.

Patum dñ-  
ferens ad  
statim pos-  
cabit gra-  
tia.

etiam in fide instructus differat baptismum ne subdit rebellent, si magna perturbatione sedari posset per illam dilationem &c. hac ratione S. Sebastianus dicitur baptismum distulisse propter maius bonum fideliuum. his vel similibus rationibus posunt excusari varij Sancti, qui baptismum distulerunt, nisi quis malit eos excusare per ignorantiam inimicibilem & bonam fidem.

Aduerto etiam extra periculum mortis posse expectari maiorem instructionem ut baptismus alicui conferatur, quam quando imminet mortis periculum. cum enim imminente periculo non exceptetur maior notitia, baptismus conferri potest instructio notitia mysteriorum iuxta aliquorum sententiam ad salutem sufficiente, quamvis ea communiori Doctorum sententia non conseatur sufficere, quia minister non potest censeri iniurias in Sacramentum, si proximo in eo casu conferat extra periculum vero ubi maior notitia potest haberi, procurari debet ea quia communius censetur necessaria; quia licet dubium sit de aliquo num sit sufficienter in fide instructus, debent differre baptismum donec maiorem notitiam sit consecutus, debent etiam considerare, num spem faciat perseverantiae in fide, quia si merito dubetur, num sit fidei relicturus & profanaturus baptismum, non sit baptizandus.

Ex his patet resolutio questionis, qua peti posset num quando vrgebant canones de non confertendo baptismum extra vigiliam Paschalis & Pentecostes, catechumeni sufficienter instructi nec excusari ex rationabili causa, debent illis diebus baptismum recipere? Patet enim debuisse, quia licet non possent directe obligari precepto ecclesiastico, indirecte tamen obligabantur ad baptismum illis temporibus recipiendum, quia tunc datur opportunitas, & non alias. Inde enim sequitur quod iuxta tertiam conclusionem sufficienter instructus non posset sine peccato negligere illis temporibus baptismum recipere. videri potest D. Th. art. 3. in fine corporis.

## D V B I V M IV.

Vtrum extra casum martyrij baptismus recipia susceptus sit adulto necessarius ad salutem?

Dico, adulto, cum enim ex dubio 1. constet patuum non posse consequi remissionem peccati originalis sine baptismio extra casum martyrij, de illo præsens quæstio non potest intelligi. De adulto autem fuit opinio cuiusdam, cuius mentionem facit S. Bern. epist. 77. neminem posse saluari sine baptismio re suscepito vel martyrio. quam sententiam videtur tenere quidam Doctor cuius articuli a Pio quinto & Gregorio decimo tertio sunt damnati. ita enim habet art. 32. catechumenus in se recte & sancte vivit, & mandata Dei observat, ac legem implet per charitatem, ante obtentam remissionem peccatorum, que in baptismi laetacio denuntiatur, & art. 42. in boniib[us] penitentibus ante Sacramentum absolutionis, & in catechumenis ante baptismum est vera iustificatio, separata tamen a remissione peccatorum, ex quibus patet illum Doctorem

existimasse sitem extra casum martyrij adultum non posse consequi peccatorum remissionem, & proinde salutem absque baptismio in re suscepito, nisi dicatur doctrinam prædictorum articulorum intellexisse extra casum necessitatis, quod videtur subindicari art. 72.

Prædicta sententia videtur fauere Patrem. August. lib. 1. de origine animæ cap. 9. dicens, ex quo autem ab illo dictum est, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest intrare regnum Dei. & alio loco, qui perdidit animam suam propter me inueniet eam, nemo si membrum Christi nisi aut baptizatus in Christo, aut morte pro Christo. similia scribit Fulgentius lib. de fide ad Petrum cap. 3. post mediu[m] similiter Gennadius in lib. de ecclesiastico dogmatibus, ubi dicitur: nullum catechumenum quatinus in bonis operibus defunctum vestram eternam habere credimus excepto martyris, vbi tota virtus Sacramenti baptismi completur. refertur de consecratione dist. 3. can. catechumenum.

Sed communis & vera Doctorum sententia tenet cum D. Th. hic art. 2. adultum posse remissionem peccatorum obtinere sine baptismio re suscepito.

Probatur ex Scriptura Ezech. 18. si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis quia operatus est, & custodierit omnia precepta mea &c. omnium iniquitatum eius, quas operatus est non recordabor, in iniuria sua quan operatus est, inquit. 2. Regum 12. dixit David ad Nathan, peccavi Domino; dixitque Nathan ad David: Dominus quoque translatit peccatum tuum ex quibus locis constat per actum perfectæ penitentie peccata remitti, & proinde baptismum in re ipsa susceptum non esse adulto necessarium ad salutem, cum perfecta penitentia sine reah baptismi susceptione haberri possit.

Nec obstat quod Scriptura agat de remissione peccatorum actualium, quia idem concludi debet de peccato originali. ponamus enim peccatorem adultum nondum baptizatum vel circumcisum in lege antiqua, hic per penitentiam perfectam consequetur remissionem peccatorum actualium sine baptismio vel circumcisione; non potest autem licet Scriptura agat de actualibus, idem tamen concludi debet de originali.

Confit. in antiquo testamento multi per actus proprios fuerunt iustificati; ergo dicendum est in nouo posse per eosdem iustificari, cum non sit minor vis illorum in nouo testamento quam in antiquo, sed homo iustificatus saluari potest si nullum de novo peccatum committat. ex quo patet peccatum eidem remittendum, absque reali baptismi susceptione, cum nullus salutem possit consequi cui peccatum non sit remisum, & iustificatio non fiat sine remissione peccatorum, vt patet ex Trid. Ieff. 6. cap. 4. & 7.

Probatur 2. quemadmodum Matth. 10. dicitur, omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in celis est; item, qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam: ita dicitur Ioan. 14. qui diliget me, diligitur a Patre meo, atque propter prius dictum censetur aliquis posse saluari per martyrium sine reali baptismi susceptione; ergo propter posterius idem dicendum

Videntur  
eadem fa-  
uere  
August.

Fulgent.  
Gennad.

Comuni-  
s & vera sen-  
tentia est  
negativa.

Prob. 1. ex  
scrip.  
Ezech. 18.

2. Reg. 12.

Licet Scrip-  
tura agat  
de actuali-  
bus, idem  
tamen co-  
cludi debet  
de origina-

Iustifica-  
cio non fit si  
non remis-  
sione pec-  
catorum.

16.  
Item prob.  
in illu-  
dine modi  
loquendi  
scripura.  
Matth. 10.  
Ioan. 14.

Dilectio  
Dei est op-  
tima dis-  
positio ad  
remissionem  
peccatorum  
de dilectione Dei super omnia. Confir. 1. dilectio  
Dei super omnia excellentissimus charitatis actus  
est perfectissima ad Deum conuersio, & præclaris-  
sima dispositio ad peccatorum remissionem obti-  
nendam; ergo per illam potest alius obtinere re-  
missionem peccatorum etiam sine baptismo.  
Consequitur probatur, nisi quis dicat antiquis  
sublatum fuisse omne medium remissionis pecca-  
torum obtinenda, dicendum est illos per huius-  
modi actum obtinuisse, seu per contritionem per-  
fectam, cum non possint obtinere remissionem  
actualium commissorum post delectorem pecca-  
ti originalis ex opere operato, quod siid de illis  
dicitur, asserendum in noua lege perfectam chari-  
tatem id etiam posse. Confir. 2. propter excellen-  
tiam actus, in quocumque inuenitur, in eodem  
reperiunt amicitia cum Deo iuxta locum Ioan. ci-  
tatum; haec autem amicitia non est sine peccato-  
rum remissione.

Probatur 2. conclusio ex Concil. Trid. varijs  
locis. Sess. 6. cap. 4. docet post legis euangelicæ  
promulgationem, iustificationem non fieri sine la-  
uacro regenerationis aut eius voto, vbi aperte  
docet aliquem posse saluari sine baptismo re ipsa  
suscepto, scilicet per eius votum, per quod non  
intelligi martyrium, vt satis patet eius doctrinam  
consideranti. Can. 3. dicit anathema afferenti  
præuenti spiritus. inspiratione atque adiutorio ho-  
minem credere, sperare, diligere aut penitere posse sicut  
opere ut ei iustificationis gratia conferatur; quo loco  
si consideremus scopum Concilij & eos contra  
quos agit, indicatur per penitentiam perfectam  
ex Dei adiutorio conceptam posse alium iustificationis  
gratiam obtingere etiam sine ulteriori alio  
modo. agit enim contra Pelagianos qui cen-  
tebant nos per natura vires posse iustificationis  
gratiam acquirere, quod solùm damnat quatenus  
dicitur iustificatione per vires nature acquiri. par-  
tum ergo supponit, partim declarat id fieri posse  
per actum penitentie conceptum ex Dei adiutorio.  
Sess. 14. cap. 4. docet præterea etiæ contritionem  
hanc aliquando charitate perficit. Etiam est contra  
nemque Deo reconciliare præsumit hoc. Sacramentum  
actu suscipiatur ipsam nibolomus reconciliationem ipsi  
contritioni sine Sacramenti voto, quod in illa includitur,  
non esse adscribendum, ex quo clare patet hominem  
aliquando iustificari ante sacramentalem absolu-  
tionem re ipsa susceptum; igitur idem dicendum  
de baptismo, cum perfecta contritio includens votum  
baptismi non sit minoris virtutis ante baptis-  
mi susceptionem, quam sit post susceptionem ba-  
ptismi, illa qua includit votum Sacramenti pe-  
nitentia re suscepto.

Confir. Ioan. 10. non minus videtur indicari ne-  
cessitas Sacramenti penitentia pro lapi in mor-  
tale post baptismum quam Ioan. 3. indicetur ne-  
cessitas baptismi, & tamen, tum ex dicto loco  
Concilij, tum ex sensu Ecclesie, constat eum qui  
post baptismum recidit in mortale posse iustificari  
& obtinere remissionem peccati sine Sacramento  
penitentia re suscepto.

Probatur 3. ex Patribus. Ambro. oratione fune-  
bri de obitu Valentiniani Imperatoris vbi id fusa  
ostendit. August. lib. 4. de baptismo contra Do-  
nastitas cap. 22. dicente, quod etiam atque etiam con-  
siderans inuenio non tantum passionem pro nomine Christi  
sed quod ex baptismo debeat posse supplex, sed etiam  
fidem conseruare in cordi, si forte ad celebrandum  
mysterium fidei in anglois temporum succurri non pos-  
test. His accedit Bern. epist. citata ante medium,

qui prædictorum autoritate nixus docet aliquem  
extra easum martyrij posse per fidem viam &  
charitate formatam remissionem peccatorum re-  
cipere, & saluari absque reali baptismi rece-  
ptione;

17.

Petes i. an ad hoc vt dilectio Dei super omnia &  
perfecta contritio coniunctam habeat peccati re-  
missionem requiratur expressum desiderium ba-  
ptismi? Affirmat Estius dist. 4. §. 17. requires ad  
votum baptismi explicitum desiderium; sed con-  
trarium communiter tradunt Doctores & D. Th.  
quæst. sequenti art. 4. ad 2. sufficere nimirum im-  
plicitum inclusum in dilectione Dei super omnia  
vel perfecta contritione, quod est omnino verius.

Probatur, potest alicui consideranti infinitam  
Dei bonitatem, & excitato ad illam propter se su-  
per omnia amandam non occurrere baptismus  
vel eius necessitas, qui tamen iuxta sententiam  
Ezech. & Ioan. Euangelistæ iustificabitur. ratio  
est quod ille actus sit ultima dispositio ad gratiam  
ex sua specie, & proinde gratia comitetur quan-  
do ponitur, potest autem sine expresso deside-  
rio baptismi vt ostensum est. semper tamen inue-  
nitur implicitum. Ex quo enim baptismus est  
præceptus, vt sit vera dilectio & contritio, debet  
implicitum eius desiderium innoluere, & hoc mo-  
do vt possit iustificari non baptizatus, requiritur  
saftem implicitum baptismi desiderium. Adde ta-  
men si quando homini occurrat baptismus tan-  
quam necessarius illum conceputrum explicitum  
baptismi desiderium.

Petes 2. an homo extra necessitatem iustifice-  
tur per hos actus ante baptismum re ipsa suscep-  
tum? Negat Pamelius in annotationibus ad  
epistolam 54. Cypr. in illa verba, tum deinde si reli-  
ctis omnibus. Sed contrarium communis docetur,  
quod patet 1. ex sententia Amb. loco citato, qui  
iustificationem Valentini non refert ad tempus  
necessitatis, sed ad votum perfectum baptismi  
etiam extra necessitatem conceptum. 2. ex natu-  
ra dilectionis Dei & contritionis que hominem  
respectu Dei perfectissime disponunt.

Dices S. Bern. epist. citata hanc vim videtur  
tribuere conuersioni cordis, quando deest facultas  
& copia baptismi.

Resp. neg. aliuscum. tantum enim vult ho-  
minem non saluandum sine baptismo, si non desit  
eius copia, non quod per priorē actum non fuerit  
iustificatus, sed quod negligendo baptismum cu-  
ius datur facultas, de novo peccet. cum enim non  
obstante eo quod per dilectionem vel contrito-  
nem fuerit iustificatus, remaneat obligatus ad ba-  
ptismum recipiendum, si detur facultas, peccabit  
eo casu si actu non recipiat, & proinde non poter-  
it saluari. Quam ob causam preclarè dixit Aug.  
cap. 22. citato; utque ad eum debet in quolibet pro-  
mœtu interioris hominis si forte ante baptismum vt que  
ad spiritualem intellectum pio corde profecritis, contem-  
nere Sacramentum; quia scilicet quantumuis homo  
existimet se iustificatus, remaneat obligatus ad ba-  
ptismum re ipsa suscipiendum data oportunitate.  
Amili modo alibi dicit catechumenum portare  
sarcinam iniurias que non dimittitur illi nisi  
eum veneri ad baptismum: hoc enim dicit vt  
nondum baptizatus non contemnet baptismum  
tanquam sibi non necessarium, quia quantum  
cumque sit & videatur sibi iustus, tenetur baptis-  
mum re ipsa suscipere si detur facultas, quam obli-  
gationem non tollit præcedens iustificatio, simili-  
& alijs locis intelligendus, cuius generales lo-  
cationes

Prob. 3. x  
PP.  
Ambro.  
August.  
Bern.

cutiones ex alijs eiusdem sententijs sunt explicanda, qua ratione etiam sunt explicandi alijs qui id videntur docere.

Ad locum eiusdem initio dubij citatum Resp. August. nolle negare dilectioni Dei super omnia vim defendi peccatum originale, quam non obfuscare etiam eo capite indicat, cum de latrone crucifero cum Christo dicit, tanto namque pandere appetam, tantumque valuit apud cum qui haec nouit apprendere, quod confessus est Dominum crucifixum, quantum si fuerit pro Domino crucifixus. unde dico eo loco solum videri negare vila opera externa praeter baptismum & martyrum habere vim peccatum originale delendi, & velle parvulo mortuo sine baptismo non prodeesse sacrificia & oblationes sacerdotum ad obtainendum regnum celorum, quod aliterque quidam contra eum eo loco agit Aug.

Similis responsio potest aptari Fulgentius (quam varijs aliter respondeant) quod scilicet solum relit ex quo tempore baptismus coepit esse in precepto, per nullum Sacramentum antique legis postius salutem consequi, sed per baptismum aut martyrum, si enim scribit, ad quod regnum divisus temporibus per sacramenta quia ad fidem incarnationis sui Christus instituit illi peruenientem, quos Deus gatis nullo bona voluntatis vel bona operis merito prædati saluari, quemadmodum ex illo tempore quo Salvator noster dixit, si quis renatus non fuerit ex aqua & spiritu S. non potest intrare in regnum Dei, absque sacramenta baptismatis, præter eos qui in Ecclesia catholica sine baptismate pro Christo sanguinem fundunt, nec regnum celorum potest quisquam accipere, nec vitam aeternam.

Ad Gennadij testimonium Respondet D. Th. at. 2. catechumenum sine baptismo vel martyrio non habere vitam aeternam, scilicet statim, id est statim percuturum ad vitam aeternam, quia non statim liberatur ab omni poena, que responsio intelligenda est communiter, nam communiter per actus nostros non ita iustificamur, ut etiam liberemur ab omni poena, que per baptismum & martyrium tota solet condonari. Responderi etiam potest illud dictum intelligi de eo quia cum possit neglegit baptismum suscipere, qui quantumvis bonis operibus vacauerit, damnabitur, si videlicet cum non sufficienter poneat neget baptismus.

## DV B I V M V.

Vtrum per martyrium possit aliquis confaci remissionem peccatorum, & saluari sine baptismo re ipsa suscepto?

Q UÆSTIO potest intelligi tam de adultis quam de parvulis; & de adultis quidem indubitate omnium sententia, quod possint salutari ratione martyris absque baptismate re ipsa suscipere. De parvulis vero negat Adrianus, quest. vlt. de baptismo que incipit. Quinque §. ad rationes, solutione 3. & pauci alijs, Resp. &

Dico 1. adulti non valentes baptismum recipere possunt saluari ratione martyrii, est communis etiam & indubitate, quam postum docent Patres, qui ea de re tractant, videri possunt Fulgentius secundum Petrum cap. 3, Gennadij lib. de ecclesiasticis dogmatibus cap. 74. Bern. epist. 77. dub. superiori citati, quibus addit Clementem Romanum lib. 5. constitutionum Apostolicarum cap. 5.

vbi censem martyrium catechumenos cedere in veriorem baptismum. Tertull. lib. de baptismo cap. 16, vbi agens de martyrio dicit; hic est baptismus qui lauerum & non acceptum representat & percutum reddit. Cypr. epist. 73, quæ est ad Iubaianum; nunc quid potest vis baptismi esse maior aut potius quam confessio vbi non tantum docet martyrium posse suppleri vicem baptismi quando non datur eius copia, sed etiam tacite quodam gratia collationem illud perfectum baptismo. August. lib. 13. de ciuitate Dei cap. 7. Quicunque etiam non percipio regenerationis lumen pro Christi confessione moriuntur, tantumvis valer ad dimittendam peccata, quantum si abhierentur sacerdos fonte baptismatis. vide eundem lib. 4. de baptismo contra Donatistas cap. 22. Ea sententie partim agunt de adultis, partim possunt illis applicari.

Probatur conclusio ex Scriptura Matth. 10, quia me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego coram Patre meo qui in celis est. & infra, quia perdidit anima suam propter me, innescet eam. ex quibus Patres passim sentiunt passionem pro Christo non tantum prodeesse homini quadam generali ratione quia prodeesse potest quilibet aliud opus suum factum in gratia, sed speciali propter prærogativam externæ passionis coniunctam, & quod plures Scholastici docent, quodammodo ex opere operato ultra id quod ratione pia voluntatis potest in iusto accedere ex opere operantis, quod supposito priuilegio a Deo concessio aliqui Patres egregiæ congruentia confirmant, quod videlicet per martyrium homo non tantum commorioriat Christo secundum figuram, sicut in baptismis aquæ, sed etiam secundum rem, vide Clementem loco citato.

Congr. 2. Etiam infantes per martyrium liberari a peccato originali.

Probatur 1. ex Patribus. August. lib. 1. de origine animæ cap. 9, vbi expressè agit de parvulo, ut patet ex initio capituli, censem autem per martyrium posse fieri membrum Christi, & quidem per charitatem, nam ut ex antecedentibus patet, censem parvulum posse ex ratione per baptismum vel martyrium fieri Christi membrum, qua ratione hereticus contra quem agit, volebat parvulo defuncto sine baptismo oblationes aliorum prodeesse ad obtainendum regnum celorum. Lib. 3. de symbolo ad catechumenos cap. 4. ante medium; illi autem fons gratia parvus & magnus qui in praesepi iacet, thronum tuum terret, agit per tenescientem causas suas, & a captivitate diaboli animas liberat, suscipit filios inimicorum in regnum adaptatorum, & infra, ecce quomodo regnat qui regnare venerat, & ecce iam liberator & salutem praefat. epist. 2d. post medium sentit nullas afflictiones prodeesse parvulis &c. nisi martyribus aut iam baptizatis. Leone serm. 2. de Epiphania post medium; illi potuerunt pro eo mori quem nondum poterant confidiri; itaque Christus ne culum ei tempus effet absque miraculo, ante usum lingue potest item verbis tacitus exercitatus, & quod iam diceret, finite parvulos venire ad me; talium enim est regnum celorum, nona gloria coronabat infantes, & de iniustis suis parvulorum primordia consecratus ut disseretur neminem hominem dñm, incapacem esse Sacramenti, quando etiam illa etas gloria effet apta martyrii. Bern.

Tertull.

Cyprian.

August.

Prob. ex  
Script.  
Matth. 10.

Martyrium  
cur sup-  
plicat  
baptismum.

Conclu-  
sio. 2.  
Etiam in-  
fantes per  
martyrium  
liberari a  
peccato o-  
riginali.

Prob. 1. cx  
PP.  
August.

Loo.

Bern.

serim. 66. in cantica post medium; quib[us] credi facili[er] huic persuadetur merita Ecclesian præsumere, non solum parvulis baptizatis in sua fide salutem, sed etiam interfictis pro Christo infantibus coronam martyrij. his adde Cypr. præcedenti conclusione citatum & alios.

19.  
Prob. 2.

Responsio  
quorundam  
improba-  
tur.

Probatur 2. constat parvulos ab Herode occisos coli ab Ecclesia tanquam martyres; igitur Ecclesia censet martyrium prodest parvulis ad deletionem peccati originalis, & ad salutem consequendam.

Respondent aliqui probabile esse incircumcisos non fuisse saluos, & hos non coli ab Ecclesia, alios saluos quidem fuisse, sed non receperis[us] maiorem gratiam ac gloriam ratione martyrij.

Verum id refutatur 1. ex August. lib. 3. de symbolo loco citato, vbi aperte sentit parvulis occisis pro Christo ratione martyrij originale peccatum fuisse remissum, cum ait, agit per te nescientem causas suas, & a caputitate diaboli animas liberat. nam iam aliunde iustificati non possunt dici liberari a captiuitate diaboli; ergo August. censet parvulos iustificatos, & accepis[us] peccati originalis remissionem per ipsum martyrium, saltem potuisse accipere, si cui peccatum non fuerit ante condonatum. Confir. August. & Leo de omnibus infantibus prouantibus; igitur sine fundamento restringuntur ad circumcisos.

Inter infas-  
tes ab He-  
rode occi-  
sos proba-  
biliiter mul-  
ti erant no-  
circumcis.

Refutatur 2. Ecclesia non colit eos tanquam circumcisos, sed tanquam martyres, & intendit omnes illos colere, cum tamen sit verisimile variis non fuisse circumcisos, cum non sit improbabile Iudeis fuisse permixtos filios gentilium, & ex filiis Iudaorum variis ante diem octauum occisos, cum Herodes iussit occidi omnes pueros qui erant in Bethlehem, & omnibus finibus eius à bimatu & infra.

Ecclesia  
non potest  
dici colere  
illorum  
martyres  
ex funda-  
mento in-  
certo.

Confir. longè certius est in Ecclesia hos parvulos esse saluos, quam aliquem per circumcisio[n]em obtinere peccati originalis remissionem, igitur dicendum Ecclesiam non colere illos tanquam circumcisos, sed tanquam martyres, atque adeò sentire martyrium illis profuisse ad gloriam, consequentia probatur, Ecclesia quæ regitur à Spiritu sancto tu S. & quæ est columna veritatis, non potest dicens[us] colere ci[us] mota ad celebrandum festum Innocentium ex fundamento usque in hodiernum diem in ipsam Ecclesia incerto, cum id nos fieret sine graui erroris periculo, & proinde non sine magna Ecclesiæ temeritate.

Probatur 3. Scriptura generaliter dicit: qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego cum coram Patre meo. item, qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam; parvuli autem ab Herode occisi Christum sunt confessi, ut dicitur in oratione festi Innocentium: Deus cuius preconum Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt; similiter animam suam propter Christum perdiderunt; ergo martyrij prærogativam sunt consecuti.

Confir. 1. priuilegium concessum martyrio non est concessum ætati sed causæ, quæ in parvulis inueniuntur.

Confir. 2. parvuli patiendo non minus re ipsa Christo commoriuntur quam adulti; igitur iuxta Patres priuilegium martyrij non minus debet ad illos extendi quam ad adultos.

Aduerte dicta de infantibus etiam intelligi de amentibus qui nunquam rationis usum habuerunt, cum sit eadem vitriusque ratio.

Ex his sequiur martyrium dici posse conferre

gratiam ex opere operato; quod tenent varijs Do- Dic potest  
ctores, id est ratione ipsius operis seu externæ paci- Manyrum  
fionis, ita ut in iustis adultis ultra gradum gratia: confe- gratiam ex  
qui conceditur ratione operis prout procedit à pia opere ope- rato, pro-  
voluntate, etiam aliquid concedatur ratione per- babiliter e-  
pensionis externæ secundum se spectata; similiter babiliter e-  
in parvulis detur gratia ratione mortis pro Christo illatæ à tyranno, & quidem, ut est probabile, rem quam  
maior quam per baptismum, ut insinuat Cyrius, bapti- bapti-  
suprà, & quia realis configuratio cum Christo longè est præstanter quam metaphoria.

Sequitur 2. martyrium non tantum delere culpam mortalem vel originalem, sed etiam venialem, si affectus nullo modo huic adhæreat, ita passim Doctores, & videtur sequi ex sententia Patrum, qui martyrium æquant baptismum, immo aliqui præferunt, dixi, si affectus huic nullo modo adhæreat, quia videtur verius veniale nullo modo retractatum per baptismum non remitti. vide- deri potest S. Thom. quæst. 87. art. 2. ad 2.

Sequitur 3. per martyrium deleri omnem peccatum peccatis debitam, quod etiam passim tradunt Scholastici, & confirmari potest ex eo quod dicatur, iniuriam facit martyri qui orat pro martyre.

Ex quibus intelligitur quomodo martyrium in non baptizatis vocetur baptismus sanguinis, quia per illud effectum baptismi consequuntur.

Aduerte tamen baptismum aqua non esse prætermittendum propter instantis martyrium; nam quamvis martyrium dicatur supplere baptismum quando inquit obtineri, quando tamen potest recipi, non potest negligi fine gravi peccato, etiam si instet tempus martyrij, tum quia etiam illo tempore virget præceptum baptismi, tum quia propter instantis martyrium, non potest negligi medium ordinarium institutum ad remissionem peccati originalis, & per quod intratur in Caristi Ecclesiam.

Potes[us] an martyrium prædictos effectus operatur solum in noua lege? videri possit quod sic, quia illi non prouenient ex natura rei, sed ex alterius concessione, quæ solum facta est in noua lege. Matth. 10. Patres solum loquuntur de noua lege. Vasquez disp. 153. cap. 7. in fine censet illud priuilegium non esse concessum parvulis antiquæ legis, sed solum adultis. Alij censem etiam his concessionem, quod est probabilem, ita que

Reip. 1. martyrium potuit operari prædictos effectus in antiqua lege i. adultus patet ex sensu Ecclesiae que colit Machabæos ut martyres; non coleret autem ut tales, nisi sentiret martyrium peculiari quadam ratione illis ad gloriam proruisse. Confir. non solum in noua lege homo per martyrium confiterit Christum, sed etiam confiteratur in antiqua, & quidem eo tempore, quo videatur magis arduum illum confiteri.

Resp. 2. habuit etiam illud priuilegium in parvulis. Probatur 1. illud priuilegium non est datum ætati ut supra, sed causa, quæ est eadem in martyrio parvolorum & adultorum, nam parvuli interficiunt in odium legis Iudaicæ non minus censentur Christum confiteri quam adulti. 2. parvuli ab Herode occisi dici possunt pertinuisse ad antiquam legem cum illa adhuc obligaret.

Ad rationem dubitandi Resp. priuilegium non tam concessum Matth. 10. quam specialius declaratum ad consolationem Apostolorum & alio tempore Christi sequacium, nam quamvis non constet ex alio Scriptura loco de tali priuilegio in antiqua lege concessio, constat tamen ex sensu Ecclesiae de quo supra.

Ad Pa-

Dic potest  
Manyrum  
confe-  
gratiam ex  
opere ope-  
rato, pro-  
babiliter e-  
in parv-  
bapti-  
bapti-  
longè est præstanter quam metaphoria.

Coroll. 1.  
Per many-  
rium dele-  
tit peccati  
veniale  
bapti-  
non ad-  
rea.

Coroll. 2.  
Martyrio  
deletio vo-  
ta peccati.

Non debet  
prætermi-  
ti bapti-  
mus pro-  
per insta-  
martyri.

20.  
Petitio.

Martyrium  
ponitur pe-  
cari dictio  
effectus in  
antiquali-  
tate adi-  
tus.

Ad Pa-

Ad Patres Resp. eos non tam apertè locutos de præiudicio in lege antiqua concessio martyrio, quia eorum argumentum id non exigebat: aliqui tamen illud insinuarunt, quatenus censuerunt Machabæos celebrando propter martyrium. videlicet Nazianzenum orat. 22. in Machabæos.

Cum martyrium interdum supplere possit vi- cem baptismi & gratiam conferre, non erit abs re- alio exanimare quæ de martyrio queri solent, ut cognoscatur quænam perpessio huiusmodi ef- fectum operetur. itaque sit

D V B I V M . VI.

Quænam causa ad martyrium re- quiratur?

Dico 1. requiri causam honestam. patet ex ratione martyrij prout vnu ecclesiastico sumitur, quænam enim si vim nominis spectemus martyrium idem sit quod testimonium, vnu tamen ecclesiastico sumitur, prout idem est quod testimonium Deo datum per passionem pro eo toleratum, & illi soli testimonio tribuitur prærogativa martyrij, de qua præcedenti dubio. vnde patet ad martyrium requiri causam honestam, quia si se tal causa nemo dici potest sua passione Christum confiteri; quod

Confir. ex cap. 4. epist. 1. Petri; si exprobrantini nomine Christi, beatis viris &c. nemo autem vestrum patiatur vnu homicida, aut fur, aut maledictus, aut alius non appetit, si autem vnu christianus non erubescat, glorificet autem Deum in istonome. & ex August. concione 1. in psal. 34. dicente martyres non faciunt peccata, sed causa; & ibidem docente posse eandem esse penam martyris, & eius qui pro suis delictis patitur.

Dico 2. hæc causa debet esse aliquo modo supernaturalis, quia alioquin non censemur aliquis Christum confiteri, nam confiteri Christum est testimonium reddere illi, vt est author fidei & gratiae, cuius doctrina etiam ipsa morte comprobatur.

Dico 3. quælibet causa supernaturalis sufficit ad rationem martyrij.

Probatur 1. à posteriori; Ecclesia variis colit tamquam martyres, eði quod libertatem ecclesiasticanam defendent, vt S. Thomas Cantuariensis, qui pro eiusdem libertatis defensione mortem oppedit; colit S. Ioannem Baptistam tamquam martyrem, qui passus est pro defensione castitatis, eði quod scilicet constanter Herodice dicet: non licet tibi habere uxorem fratris tui. id est patet in plurimis virginibus quæ pro custodia castitatis passuntur. Machabæi etiæ martyris affecti sunt pro obsecratione legis Iudaicæ; igitur signum est ad rationem martyrij sufficere quælibet, causam honestam supernaturalem.

Probatur 2. à priori, aliquis censemur Christum confiteri testimonium præbendo & moriendo pro defensione cuiilibet virtutis supernaturalis, tum quia talis censemur sua morte Christi legem probare & amplecti, tum quia recipit eius verba & sermones.

Ex quo sequitur non tantum censendos martyres eos qui patiuntur pro defensione fidei, sed etiam eos qui patiuntur pro custodia & honestate cuiuslibet virtutis supernaturalis, & ex motu supernaturali. v. g. eos qui patiuntur, quia menda-

cium displicet Deo, vel pro custodia castitatis, ne Deo displicent, ne excidant à gloria æterna &c. quia hi & similes censemur Christum confiteri, & pro eo animam ponere, doctrinamque eius etiam ut authoris gratia sua morte implicitè probare & testari, possintque dici testimonium reddere fidei, non quidem in se, sed in alia virtute quæ fide dirigitur.

Cum autem non tantum possint occidi in odium Christi, religionis christianaæ, & legis catholicorum, iñ quinatis sunt ex vtero materno, sed etiam infantes in eo constituti; constat etiam hos posse dici Christum sua morte confiteri, atque adeo ratione martyrij posse rempere remissionem peccati originalis, antequam nascantur ex vtero, ut plures authores, cum habeant aliud esse ab esse matris, immò in vtero existentes, infecti sint peccato originali, à quo mundari possunt. si iustificationis medium ad illos possit pertingere; constat autem actionem tyranni possit pertingere ad illos in vtero materno existentes, etiam si communiter aqua baptismi non possit pertingere.

Difficultas est num ad hoc vt infans simul cum matre occisus censemur martyr, requiratur vt tyrannus aliquo modo intendat etiam prolem occidere propter similem causam, quam respicit in matre? Negat Gabr. dist. 4. quæst. 2. art. 3. dub. 2. cum alijs à se citatis, docetque puerum posse esse martyrem quænam tyrannus eius mortem peculariter non intendat. Sed verius videtur requiri vt tyrannus aliquo modo intendat mortem prolis.

Probatur, proles est distinctum suppositum, cuius mors non sufficiens intenditur in odium Christi & legis christianaæ quod tyrannus velit matrem occidere. Confir. si quis occidat virginem non nolentem pati detrimentum virginitatis, non ideo alijs erit censendus martyr qui per accidentem occidetur ex negligentiæ eius qui virginem inuasit; ergo neque in casu Gabrieli puer erit dicendus martyr, si tyrannus non intendat in illum sub aliqua consimili ratione sub qua tendit in matrem. Confir. 2. puer non videtur martyr quo casu aliquis volens matrem in odium religionis occidere, simul vellet occidere infanternem alijs consanguineus aeat hereditatem, vel quia est proles inimici sui; sicutur eo ipso quo tyrannus tendit in matrem, non sufficiens ad rationem martyrij censemur tendere in prolem. alioquin in casu positivo censemur tendere, cum quælibet aliud motuum appositorum non posset destruere sufficiens tendentiam in prolem, quæ necessariò eo ipso inuenitur quo tyrannus tendit in matrem.

D V B I V M . VII.

Vtrum ad rationem martyrij requiratur in adultis aliqua voluntas quæ mors acceptetur?

V A Q U E Z disp. 153. cap. 2. videtur insinuare eam non requiri, quænam enim doceat certam dispositionem requiri vt aliquis consequatur effectum martyrij, operosè tamen refellit quosdam docentes indubitatum esse ad rationem martyrij in adultis requiri voluntariam mortis acceptationem, vbi videtur insinuare eam non requiri, licet alibi in eadem disputatione contrarium ex eo colligi possit.

C c

Resp.

Corell.  
Etia martyres dici possunt in-  
fantes in v-  
tero adhuc existentes  
&c.

Dificultas.  
Gabr.

Videtur re-  
qui vt ty-  
rannus ali-  
quo modo  
intendat  
mortem pro-  
lis.

V a q.  
Videtur in  
negatiam  
intendare.

*Concluſ. Ad martyrium debet mors aliquo modo voluntariæ acceptari.*  
*Suar.*

Resp. & dico ut adultus censeatur martyr, debet aliquo tandem modo voluntariæ mortem acceptare. tenet Suarez disp. 29, sect. 2. & alij.

Probatur, martyrium vel spectatur in ratione actus fortitudinis, vel tanquam medium aliquod ex priuilegio conferens gratiam ex opere operatus, utrōque autem modo consideretur, requirit aliquid voluntatem qua mors acceptetur. Minor patet pro priori parte, externa perpessio non potest censeri actus fortitudinis nullo interveniente voluntatis actu, & nullus propter huiusmodi passionem potest mereri laudem, nisi intercedat actus internus, per quem acceptetur, cum homin̄ alioquin tātū pāciū se habeat respectu incommodi quod illi infertur, propter quod praeceps estatū nec meretur laudem nec vituperium. Confir. ut adultus censeatur martyr, debet censeri voluntariæ Christum confiteri, & proinde debet mortem per aliquem voluntatis actum acceptare. Secunda pars probatur, ut adultus iustificetur debet aliqua ratione per motum liberi arbitrij ferri in iustificationem, & in medium iustificationis, ut patet in Sacramentis, per quæ nullus iustificari potest nisi velit aliqua tandem ratione illa recipere tanquam instrumenta iustificationis. Confir. nemo valens prestare consensum, admittitur ad diuinam amicitiam nisi consentientis; ergo nemo per martyrium admittit debet ad diuinam amicitiam nisi volens & consentientis in ipsum iustificationis instrumentum.

Probatur etiam conclusio ex principijs Vazquez eadem disp. censet enim martyrium in adultis non conferre gratiam ex priuilegio, sed ex sua conditione, ex qua meretur peccatorum remissionem, ex quo sequitur non solum requiri affectum charitatis, ut grata censeatur acquiri per martyrium, sed etiam requiri ut passio ex charitate acceptetur ad hoc ut censeatur martyrium, & proinde ad rationem martyrij requiri voluntatem qua censeatur aliquis mortem acceptare, quod probatur, licet dilectio Dei super omnia & contritus moreantur de conguo gratiam sanctificantem & peccatorum remissionem, ea tamen gratia non potest censeri dari ratione martyrij, si hic dilectionis affectus nullo modo censeatur informare externam passionem, quia alioquin affectus charitatis & passio per accidens concurrent, ut ergo dicatur dari per martyrium debet externa passio voluntariæ acceptari, ut hac ratione informetur affectus charitatis, ex quo circa priuilegium martyrium habet suos effectus.

Aduerte martyrem non debere Tyranno resistere, iuxta id quod dicitur, martyr non pugnat, nam per martyrium præbetur testimonium fidei patiendo, & animam perdendo pro Christo, qui cum patetur non comminabatur. ex quo patet milites catholici in bello pro fide sincera intentione suscepit, nec esse nec censeri martyres, quia scilicet nolunt mortem pro Christo subire, sed fidei hostem debellare & occidere, à quo si vincantur non patiuntur volentes, sed quia nequeunt evadere, resistentes interim quantum possunt.

Voluntas mortem acceptantur debet esse honesta, ut ex dictis patet, quia nullus per malam voluntatem vel etiam indifferet potest censeri velle præbere testimonium Christo & virtuti, neque potest dici pati pro Christo is qui ad vanam ostentationem mortem subit, ita ut vana gloria sit motiu voluntatis, qua vult mortem pati.

*Milites in bello pro fide. luce p. 60 sunt martyres.*

*Voluntas mortem acceptantur debet esse honesta.*

Debet etiam hac voluntas esse supernaturalis, cūm per naturæ vires nihil possimus quod ad sa- Debet etia- lutem & pietatem conducat; hinc enim sequi- naturalis, tur quod non possimus sine speciali auxilio mor- tem acceptare utiliter ad vitam eternam conse- quendam.

Adde quod sine eodem Spiritu S. auxilio non possimus omnes difficultates quæ in re tam ardua se offerunt superare. Confir. hereticus qui paratus est mortem subire pro tuenda aliquid fidei veritatem, de cetero alij dissentientis, non potest dici martyr. His præmissis

Difficultas est num ad rationem martyrij requiratur ut mors acceptetur ex affectu dilectionis Dei super omnia.

Affirmat Durand. distin. 4. quæst. 8. post medium; Canus reelectione de penitentia parte 3. post medium §. verum sententia contraria. Sotus b. ex distin. 3. quæst. vñica art. 11. §. ac demum, iuncto, lectionis §. fit ergo ex his, Vazquez disp. citata cap. 3. vbi plures citat, & clarissim in fine capit. 6. quam Durand, Canus, manifeste sentit mortem ab adulto toleratam si ne charitatis affectu non sortiri rationem martyrij. Negant plerique alij presentem recentiores Bellarm. lib. de baptismo cap. 6. §. probabilitas sententia est. Henriquez lib. 2. de baptismo cap. 34. Bellarm. num. 3. Suarez disp. 29. sect. 2. §. potest tamen voluntarius. Lessius lib. 13. de virtutibus cap. 1. dub. 3. num. 31.

Hæc sententia videtur omnino verior. Probat 1. ex parte tyranni ad rationem martyrij sufficit quod occidat in odium fidei; ergo ex parte eius qui patitur sufficit voluntas cædem fidem defendendi, seu propter eam, mortem tolerandam causa quæ sufficit ex parte tyranni, ut censeatur non quomodocumq; occidere, sed afficere martyrio, videtur sufficere per modum motui ut alter censeatur martyrio affici. Confir. 1. qui positam mortem mault subire quām negare fidem, quia prima veritas postulat ut potius milles mortes subeamus quām negemus quod illa reuelauit, verè Christum confitetur & animam suam perdit propter eum, & Euangelium; ergo est verè martyr. Confir. 2. ex locis ex quibus colligitur martyrium supplice vices baptismo aqua & gratiam conferre, possumus & debemus colligere rationem martyrij, & ea quæ sunt ad martyrium necessaria. ex illis verò locis nullo modo colligitur requiri ad rationem martyrij ut perpessio procedat ex affectu charitatis, ut patet Matth. 10. Marci 8. Luce 12. ex quibus habemus ad rationem martyrij sufficere ut aliquis verè censeatur Christum, & propter eum animam suam perdat, quod fieri potest ex alio affectu quām charitatis, ut patet. & potest 3. confirmari, alia motiva supernaturalia possunt affectum mouere ad mortem tolerandam, ut consideratio excellentie castitatis, tormentorum eternorum, gloriae celestis &c. & si quis intuitu horum mortem toleret, necessariò dici debet pati pro Christo; ergo &c.

Probatur 2. ad rationem martyrij in adulto ea sola voluntas per se requiritur, quæ sufficit ut perpessio censeatur voluntaria; ad hoc autem non requiritur affectus charitatis & dilectionis Dei super omnia, sed sufficit quod aliquis sit paratus mortem subire propter motiu supernaturale, ex quo alius mouetur ad occidendum, ut patet in simili in baptismo, ad cuius substantiam solum requiri-

requiritur ex parte suscipientis voluntas illum recipiendi.

Probatur 3. si ad rationem martyrij requiratur affectus charitatis, non poterit dici supplerre baptismum aquæ, quando is suscipi nequit, quod tamen communis Doctorum, immo & SS. Patrum sententia afferitur, ut dubio 5. vidimus. Assumptum probatur, quia culpa semper præinuenetur delecta per affectum dilectionis Dei super omnia. 2. id non poterit dici peculiari ratione attribui martyrio, quam alijs actibus virtutum charitate informatis, cum tamen Patres aliquid peculiare videantur tribuere martyrio.

Sic dicatur in martyrio maiorem gratiam concedi, opponi potest quod illud augmentum vel debet ex opere operato & priuilegio, quod alijs negant, vel detur ex opere operantis, ratione sciencie affectus charitatis citra vnum priuilegium; hoc autem dici nequit, cum actus charitatis iunctus externa passione & illam informans non necessarij superer perfectione affectum charitatis coniunctum alijs virtutum actibus, & ita secundum illam sententiam non videntur aptè explicari Patres qui censent maiorem esse vim martyrij quam baptismi, ut Clemens Romanus lib. 5. constitutionem Apostolicarum cap. 5. Cypr. epist. 73.

3. Iuxta illam sententiam non aptè explicatur vulgaris diuisiō baptisimi in baptismum aquæ, flaminis, & sanguinis, per quam diuisionem Doctores intendunt assignare tria media iustificationis, quorum singula sine alijs possint inueniri, quod verum non est, si martyrium necessarij debeat procedere ex affectu charitatis.

Ex his videtur concludi, quod licet affectus charitatis & dilectionis Dei super omnia sit optimum motuum ad martyrium subeundum, & credendum sit martyre. Nepe moueri ex eo affectu, ad mortem pro fide &c. tolerandam, homine per Dei gratiam prevente fæse excitante ad mortem subeundam ut Deo super omnia amabili placeat; nihilominus talis affectus non requiratur ad rationem martyrij, sed homo per Dei gratiam excita-  
tus possit ex alijs motiuis animam suam propter Christum perdere.

Dices non potest dici perdere animam propter alium, qui non perdit ex affectu charitatis ex gallo.

Resp. neg. assumptum ad sensum Scripturæ, nam qui perdit propter veritatem & virtutem quam docet Euangeliū, dici potest perdere propter Christum, similiter qui perdit propter dignitatem fidei tuendam, censetur perdere propter Christum, quidquid dicat Vasquez disp. citata cap. 5. qui particulam propter me, in rigore philosophico & scholastico minùs conformiter Scripturæ videtur accipere, nam non tantum qui ex affectu charitatis aliquid facit, censetur facere propter Christum, sed etiam qui ex affectu cuiuslibet virtutis supernaturalis, cum in exercitio cuiuslibet virtutis supernaturalis censeatur Christo gratia auctiori deferire.

Obiicitur 1. Ioan. 15. dicitur: maiorem hac dilectionem nemo habet, ut aumam suam ponat quis pro suis fuis.

Resp. Christum per illam sententiam nolle negare posse pie & laudabiliter animam exponi ex alio motu quam charitatis & dilectionis eius, pro quo censetur exponi, sed solum velle docere eam dilectionem sum me esse estimationis respectu alterius, qua quis alterum ita diligit ut etiam

vitam pro illo perdat: quia nullum bonum præstantius habet quod pro illo possit secundum charitatis ordinem exponere, ex parte ergo rei exposta non potest esse præstantius indicium charitatis erga alterum quam quando pro illo anima exponitur; & ex parte actus non potest affectus charitatis esse & censeri maioris estimationis, quamvis quo vita propria in alterius gratiam exponitur, quod dictum est à Christo ut Apostolos hanc ratione exhortaretur ad fidem ita prædicandam, ut etiam pro eius defensione parati essent vitam profundere: cum hoc tamen optimè consistit quod pro ipsa fidei vel virtutis honestate & excellencia sine vñteriori actuali motu possit aliquis animam ponere.

Obiicitur 2. Apostolus 1. ad Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita ut ardorem, charitatem autem non habuera, nihil mihi prodebet.

Resp. neque hinc quidquam effici, cum non velit Apostolus ad hoc ut profint tormenta tolerata debere acceptari ex affectu charitatis, sed quod nisi tandem adhuc charitas, homini nihil proficit etiam vitam perdere, cum enim cap. 12. Corinthios ex variis capitibus fuisse hortatus ad unione & charitatem, cap. 13. declarans eminentiam charitatis inter cetera docet alia quæcumlibet videantur excellentia nihil prodebet sine illa; nihil prodebet homini notitiam linguarum, prophetia, distributionem facultatum, propriæ vitæ amissionem, & similia que hominibus videri possint magna, nihil inquam prodebet nisi charitati coniungantur. Ad hoc ergo ut ratio martyrij inueniatur, non requiritur ut acceptetur ex affectu charitatis, sed solum ad hoc ut profit, requiritur ut saltem in termino charitas coniungatur, seu sequatur tanquam terminus. Cofir. 1. quia de paruolo etiam dici posset nisi charitatem habeat mors pro Christo tolerata nihil ei proderit. Confir. 2. negari non potest morte tolerata pro fidei honestate in iusto prodebet, licet non accè pretur ex affectu charitatis, sed ex pio affectu erga priuam veritatem: similiter elemosynam datam à iusto etiam ex alio affectu quam charitatis, prodebet, non vult ergo Apostolus ad rationem martyrij requiri affectum charitatis per modum principij, sed quod cetera, nihil profint nisi tandem charitas coniungatur.

Obiicitur 3. Clemens Romanus cap. 5. citato agens de martyre, dicit: gaudeat igitur quod imitatur magistrum, quoniam de eo mandatum habemus; per se est omnis sicut magister eius.

Resp. martyre posse in hoc imitari Christum quod vitam suam exponat, sicut exposuit Christus, licet non ex eo dem motu. Clementem autem solum requirere, ut ex parte rei quam exponit martyr imitetur magistrum, satis patet ex eius discursu.

Obiicitur 4. Aug. lib. 13. de ciuitate Dei cap. 7. dicens per mortem (id est per martyrium) merita cumulata augeri; quod dici ne posset si martyri ex affectu charitatis non necessarij procedat.

Resp. neg. posteriorem partem assumpti, nam in iusto optime dici posset meritum augeri licet procedat ex alio motu, item in peccatore dicetur merita augeri, id est abundantem gratiam dari ratione martyrii.

Sed contra facit quod non dicatur augeri id quod nullo modo præst.

Resp. verba Patrum non semper in rigore scholastico accipienda esse, & Aug. in prædicta sententia nihil aliud velle quam per martyrium copiosam gratiam obtineri, vel certe eius sententiam mora-

Obiectio 2.  
1. Cor. 13.

Obiectio 3.  
Clem.

Martyr  
Christum  
imitatur in  
hoc quod  
vitæ expo-  
nat; licet  
non ex co-  
de motu.  
Obiectio 4.  
August.

Resp.

Explicatur  
August.

liter esse intelligendam, ita ut per eam velit sapientius  
augeri gratiam per martyrium, quia videlicet se-  
pius homo iustus est antequam mortem pro Christo  
perferat, & proinde pli mors voluntarii tolerata  
auger merita, cum haec voluntaria mortis  
perpetuus sit causativa aliquius gratia ex operi  
operantis, ut nihil dicam de augmento quod e  
casu datur ex opere operato.

Dices idem August. lib. 3. de baptismo cap. 16. &c lib. 4. cap. 17. docet extra Ecclesiam homini non prodeesse, etiam si corpus suu tradat ut ardeat, quia charitatem non habet, quia unitatem Ecclesie non diligit.

Ref. ex locis citatis satis paterem quod Aug. ibi non loquatur de auctoritate charitatis quia Deus super omnia diligit, sed de charitate quia vino Ecclesie non scanditur; vult enim docere quod haereticis & schismaticis qui vniomni Ecclesiae scandunt, non proficit ad salutem aeternam confequentia tolerantia tormentorum, quod & verum est, & docent alii Patres: Cyprianus epist. 73. post medium.

doceant ut Patres; Cypri. epist. 73; post medium  
Obicitur 5. quod S. Thom. 2. 2. quest. 124.  
art. 2. ad 2. dicat martyrium esse actum charita-  
tis ut imperant, fortitudinis ut elicientis; ergo  
conset ad rationem martyrij requiri affectum  
charitatis.

Resp. neg. consequentiam, & addo eo ipso quo

docet esse actum fortitudinis ut eliciens, satis insinuare ad eius rationem non necessarii requiri affectum charitatis tanquam motuum, cum vnaquamque virtus & interior virtutis actus per se loquendo sufficiat ad suum actum externum sine morio extrinseco. loco ergo citato D. Th. foliis vult martyrum propter suam excellentiam, sublimitatem, & difficultatem posse maximè connotari, taliter imperari à charitate non autem vult sine tali imperio non posse fortius rationem martyrij notandum quod agat de martyrio ut est actus virtutis, non considerando utrum gratiam ex priuilegio conferat. Quod verò ibidem dicit; quod autem sit meritorum, hoc habet ex charitate, sicut & quibus virtutis actus & ideo sine charitate non valet. duobus modis probat intelligi, ut quod non sit meritorum

Actus vir-  
tutum sunt  
meritorij  
de condigno  
in iusto, illi-  
cer non pro-  
cedant ex  
motu  
charitatis,  
rium sine actuali motione charitatis; 2. quod non  
sit meritorij sine habituali charitate, id est nisi  
homo martyrium patiens habeat charitatem, pri-  
mo non necessarij requiritur, cum actu virtutum  
supernaturalium sint meritorij de condigno in iusto,  
quamvis non procedant ex actuali motione  
charitatis, sed ex suis particularibus, ut communie-  
docetur 1. 2. in materia de merito in peccatore tam  
exigitur affectus charitatis ad hoc ut sit meritorij  
de congruo gratiae iustificantis, cum nullus actu  
quantumvis supernaturalis praeter dilectionem  
Dei super omnia vel contritionem perfectam, me-  
reatur de congruo in peccatore gratiam sanctifi-  
cantem, ut ibidem docetur.

Vnde constat **Alii** Caet. circa illum art. in solu-  
tione primi argumenti Martini de Magis, cum  
dicit **si** instanti persecutore aliquis in peccato mortali  
existens vellet mortem subire, **et** non neget Christi fidem,  
**hanc** charitatem habere; pater inquam falli, cum  
talius actus nec sit dilectio Dei super omnia, nec  
perfecta contritio.

Locus <sup>diff.</sup> faciliior D. Th. Maiores parit difficultatem quod habet idem S. Th. hac parte q. 66. art. 12. ad 2. effusio sanguinis non habet rationem baptismi si sit sine charitate, ex quo patet quod baptismus sanguinis includit baptismum flammis, & non est conuersus quibus verbis S. Thom. videtur fentire ad rationem martyrii requiri affectum cha-

ritatis ex quo mors acceptetur. Omisla responsione quam adfert Suarez disp. citata sest. 3. in fine responsionis primi argumenti primæ sententia, quæ videtur minus conformis scopo S. Th.

Resp. S. Th. solūm videri velle baptismū san-  
guinis seu martyrium ex parte rei exposita esse in-  
dicium summæ charitatis, & obiectu non esse si-  
ne charitate, seu charitatis indicio, adeoque inclu-  
der baptismū flaminis obiectu, non verò sem-  
per formaliter, seu non semper procedere exfor-  
mali charitatis actu.

Obijcitur 6. quod martyrem nobilissimam Obiectio 6.  
pro Deo perdat, scilicet vitam.

Ref. id esse probabile indicium dilectionis, ut aliquoties dictum est, non tamen dilectione, cum, ut ostensum est, vita possit exponi ex motu aliarum virtutum, etiam in absentia motu charitatis. Additum posse aliquem velle mortem subire pro defensione fidei, qui tamen nolit voluptates carnales relinquere, qui proinde non potest dici Deum super omnia dilovere.

Deum super omnia dirigere.  
Petes an voluntas subeundi martyrij debeat  
esse presens dum inferunt tormenta, an verò sufficiat præcessisse & non esse retræstatim actu con-  
trario. Pemio.

Notandum huiusmodi voluntatem in dibus circumstantibus planè distinctis haberi posse. 1. cum aliquis versatur in ipso periculo martyrij, quod aduentus firmiter proponit potius martyrium subire, quam negare fidem, vel non agnoscere summum Pontificem tanquam caput Ecclesie, vel permittere castitatis facere iacturam, quo proposito non retractato occiditur nullam habens actualiorem voluntatem martyrij subeundi, immo dum nullam talem habete potest. 2. quando aliquis extra omne periculum constitutus, v.g. existens in cubiculo, ex consideracione diuina bonitatis erga genus humanum, vel ex consideracione dignitatis mysteriorum fidei, quorum excellentia postulat ut potius mille mortes perferantur quam negentur, desiderat pro Deo & defensione fidei mortem subire, & dormiens occiditur antequam huiusmodi voluntatem retractet. hoc præmisso Quiri-

Resp. voluntas priori modo se habens sufficit ad martyrium. Probatur, mors eo casu dicenda riculo manifesta voluntarie tolerata.

Confir. talis concepi, voluntatem dum versa-  
retur in medijs subordinatis martyrio, in quibus  
medijs voluntariè permanet ex intētione distincta  
vel confusa finis; igitur mors censeretur ei voluntaria  
per modum externa passionis, etiam si dum il-  
lam subit nullum actum voluntatis exerceat, quo  
eam acceptet; v. g. qui aduertens esse periculum  
ne catholici propter fidem occidantur ab hereti-  
cis, non se subtrahit, sed volens remanet domi sua  
paratus mortem subire, & dormiens occiditur,  
censeretur voluntariè mortem pati, quia cum acce-  
ptauit nec voluntatem retractauit; immo voluntariè  
permanit in medijs subordinatis, vnde mors  
non tantum per modum obiecti debet dici illi  
placere, sed etiam per modum passionis exter-  
nae, etiam esse voluntaria.

Si vero secundo modo se habeat, res est magis dubia, non videtur tamen improbabile quod si veram & absolutam voluntatem haberit morte perfredi, quam non retrahatur, & mors illi suorum cogitanti inferatur, sit martyr, quia cum martyris a mortem tantum passum esse habere debet, non vero debet ullum actuum influxum præbere, per praecedentem voluntatem non retractatam

Sufficienter censetur passiuè se habere, non tantum  
physicè, sed etiam morali estimatione. Dixi, *si ve-  
ram*, quia cùm sapientis homo extra pericula consti-  
tutus non tam concipiatur solidum desiderium mar-  
tyrij quām simplici complacentia in illud feratur,  
frequenter non erit dicendus martyr, quia subse-  
quens martyrium non potest dici voluntariè tole-  
ratum propter huiusmodi simplicem cōplacentiæ  
affectionem, quo aliquis sibi cōplacet in excellētia  
martyrij. Dixi etiam *absolutam*, quia conditionata  
qua explicatur per *wellem*, & quā potius dicenda  
est velleitas, non videtur etiam sufficere, cùm effe-  
ctus vel passio subsequens non videatur propte-  
re fortior rationem voluntati.

Sed hinc oritur alia difficultas, num ad rationē  
martyrij requiratur voluntas aliqua actualis, an  
vero sufficiat interpretatiua, nullā actuali volun-  
tate precedente circa martyrium tanquam obie-  
ctum, seu utrum possit dici martyr is cui inferrur  
mors in odium religionis si nullum formale mor-  
dis desiderium habuit?

Notandum voluntatem martyrij dupliciter  
posse concipi interpretatiua nullo etiam præ-  
dente formalis desiderio circa illud. 1. si quis adver-  
tens immunitate mortis periculum nullo concepto  
formali desiderio mortis subeundæ perferat in his  
functionibus, vel statu propter quā imminet peri-  
culum, talis censetur velle mortem pro Christo  
subire, vnde talis voluntas interpretatiua sufficit,  
nam qui perficit in medio ex quo aduertit finem  
secuturum, moraliter censetur velle finem. 2. po-  
tent concipi consensus interpretatiuus eō quid  
aliquis bene vivat, licet de periculis martyrij ni-  
hil cogite.

De quo maius est dubium; aliqui enim asserunt  
talem consensum sufficere, & dicunt si iustus qui  
nihil vñquam de martyrio cogitauit, occidatur  
dum dormit, futurum martyrem, ita Caiet. in frā  
quest 87. art. 1. Henriquez cap. 34. citato num. 2.  
& alij. Probatut, aliquis censetur sufficienter con-  
sentire in receptionem extremæ vñctionis per vi-  
tam bene transtactam, vnde videmus dari extre-  
mam vñctionem etiam ei qui antequam pateret  
in amentiam incidit, quia per vitam bene actam  
censetur eam desiderasse.

Alijs probabilius videtur contrarium, quid  
scilicet talis non sit dicendus martyr. tenet Lessius  
dub. citatè num. 24. quod videtur verius, si altera  
sententia in omni cœsa intelligatur. quod addo,  
propter ea quā in frā dicentur.

Probatut, homo per iustitiam habitualem &  
bonam vitā non debet censeri consentire in omne  
medium iustitiae augenda, quantumcumq; arduū,  
sed in ordinaria per quā salus communiter solet  
comparari; cùm ergo martyrium contineat ma-  
gnam difficultatem, quam non censetur velle sus-  
cipere quicquid bene vivit, & non sit medium sa-  
luis ordinarium, bona vita non potest censeri cō-  
tinere interpretatiuum illius desiderium. Confir-  
muli bene viuunt qui nullo modo cupiunt mar-  
tyrium subire, nec est simile exemplum quod de  
extrema vñctione asferatur, cū illa sit Sacramētum  
& proinde ordinarium salutis medium. vñus quisq;  
autem bene viuendo cœsatur velle vti communis  
bus illis medijs, quibus salus potest promoueri.

Dices faltem quo casu martyrium erit in præ-  
cepto, iustus per vitam bene actam cœsabit mo-  
raliter illud desiderasse, cùm censetur voluisse  
adimplere Dei præcepta, & voluisse omne medium  
ad diuinam amicitiam conservandam necessa-

rium, quale est martyrium ex hypothesi.

Resp. eo casu priorem sententiam esse probabi-  
liorem, quām sit sumpta in terminis generalibus,  
& addo verisimile esse peccatorem attritum cum  
proposito saltem implicito seruandi Dei mandata,  
in tali circumstantia consecuturum fructum mar-  
tyrij, si occidatur, etiam si de martyrio nihil cogita-  
uerit; quia in tali circumstantia censetur habere in-  
terpretatiuum voluntatem subeundi martyrij. )

Casu quo  
præcipere-  
tur marty-  
rium, per  
bonam vi-  
tam cense-  
retur quis  
interpretati-  
uum velle  
illud.

## D V B I V M VIII.

Quænam dispositio requiratur in adulto ut  
effectus martyrij ei conferatur?

29.

**N**OTANDVM 1. cùm instans martyrium non  
liberet hominē ab obligatione præceptorū,  
si quis nō baptizatus versetur in periculo mortis  
subeundæ pro Christo, qui antequam rapiatur ad  
martyrium baptismū possit recipere, debet eundē  
recipere, alioquin grauiter peccabit, cùm baptis-  
mus aque obligat ut minimum in fine vite, si illius  
detur copia. Præterea cùm præcepto charitatis ho-  
mo teneatur saltem in fine vite Deum super omnia  
diligere; is autem qui martyrium est subiturus  
constitutus in mortis periculo, constat illum per  
se loquendo obligari ad Deum super omnia dili-  
gendum, & ad se conuertendum ad Deum per ve-  
rum charitatis affectum, & si hoc negligat, seposita  
ignorantia inuincibili, vel naturali inaduententia,  
grauius peccaturum, quia verò dilectio Dei su-  
per omnia non potest elici ab eo qui commisit  
peccata mortalia quorum recordatur, nisi habeat  
eorumdem dolorem, prout infinita Dei bonitati  
summè repugnat, sequitur peccatorem in eo ar-  
ticulo per se loquendo teneri elicere actum con-  
tritionis, & peccare si negligat, nisi excusat inuincibili  
ignorantia præcepti, vel inaduententia ut su-  
prā. idem indicandum de alijs præceptis si quæ oc-  
curerint, à quorum executione per se loquendo  
non liberat articulus martyrij.

Notandum 2. iustum acceptando mortem pro  
Christo mereri ex opere operantis gratia augmē-  
tum iuxta probabiliorē sententiam, de qua 1. 2. Sēcūs qua-  
est 114. peccatorem autem eandem mortem ac-  
ceptando ex affectu dilectionis Dei super omnia,  
de congruo mereri gratia infusionem, sed de his  
quæstio non instituitur, verū queritur quid re-  
quiratur ad consequendum effectum martyrij de  
quo agunt SS. Patres, & quod dicitur baptismum  
aqua necessitate suppleri.

Tres sunt hac de re sententiae.

Prima requirit perfectam erga Deum charita-  
tem, ita Vasquez disp. 153. cap. 3. cum alijs. sed  
hæc sententia nititur fundamento suprà impro-  
bato, nimis quod ad rationem martyrij requiri-  
tur ut mors ex dilectione Dei super omnia ac-  
ceptetur, & quod martyrium solum conferat effec-  
tum ex opere operantis.

Secunda censet etiam in eo qui sibi est concius  
peccati mortalis, per se solum requiri voluntatem  
martyrij. tenet Vega lib. 6. in Trid. cap. 3. sub fi-  
nem, cuius sententia in aliquo casu subscripta Sot-  
tus disp. 15. quæst. 1. art. 2. conclus. 3. scilicet hanc  
voluntatem sufficere in casu naturalis inaduenten-  
tia, in quo casu censet probabile Suarez disp. 29.  
fect. 3. conclus. 3. Lessius dub. 4. num. 51.

Tertia sententia tenet in peccatore ad gratiam  
per martyrium acquirendam requiri & sufficere

Instans mar-  
tyrium nō  
liberat ab  
obligatio-  
ne præcep-  
torū v.g.  
baptismi,  
contritio-  
nis, &c.

Tres sen-  
tentiae.  
1. Vasquez  
requirit  
perfectam  
charitatem.

2. Vega  
vult suffi-  
cere volun-  
tatem mar-  
tyrij.

3. Sufficere  
attritione.  
Bellarm.  
Suarez.  
Henrig.

30.  
Conclus. 1  
In iusto  
sufficit sta  
tus iusticie

Bern.

31.  
Conclus. 2.  
Peccatori  
non suffici  
voluntas  
suebundi  
martyrij.

Voluntas  
suebundi  
martyrij  
nō est for  
malis p  
enitentia,  
nec virtua  
lis.

attritionem, ita Bell. lib. de baptismi cap. 6. Sua  
rez sect. 3. citata conclus. 2. Henriquez cap. 24. ci  
tato num. 2. qui plures citat in commentario littera  
O. Lessius dub. citata num. 5.

Dico 1. ut iustus ratione mortis tolerata pro  
Christo consequatur gratia augmentum, sufficit  
status iusticie. Probat, iustitia habitualis est  
optima dispositio ad recipiendum augmentum gra  
tiae per medium gratia collatum, ut patet in Sa  
cramentis, ad quorum effectum homo disponitur  
optimè per gratiam inherenterem, igitur iustus per  
gratiam sibi inherenterem optimè disponitur ad il  
lud augmentum recipiendum pro martyrium, unde  
iusto cupienti mortem subire pro Christo, non  
tantum dabatur gratia respondens excellentiae ac  
ceptationis tanquam actus meritorij, sed etiam  
per modum operis operari respondens dispositioni.

Nec repugnat Bern. epist. 77. ante medium di  
cens: pro certo cùm non aliunde martyrum nisi ex fidei  
merito illam obtruerit pro arrogatum, ut singulariter vir  
ce baptismi secum suscipiat; quia per hoc non vult  
negare martyrium habere vim conferendi gratia  
ex opere operato, vel docere requiri etiam in iusto  
affectum charitatis, ut suum effectum conferat,  
sed solum require fidem ut prospicit martyrium,  
quod verum est, nemo enim sine fide in Deum mo  
vebitur ad mortem pro illo subeundam. id autem  
docet, ut contra sententiam negantem extra ba  
ptismū & martyrium posse aliquem consequi pecc  
atorum remissionem, ostendat etiam extra marty  
rium posse aliquem iustificari per veram ad Deum  
conversionem ad quam ex fide possumus excitari.

Dico 2. ut peccator consequatur gratiam san  
ctificantem, & peccatorum remissionem per marty  
rium, non sufficit voluntas illius subeundi cum  
externa passione.

Probat, constat ex Trid. sess. 14. cap. 4. ad  
impetrandam remissionem peccatorum pénitentia  
tiam quous tempore fuisse necessariā, ei qui pec  
catum actuale commisit, vnde peccatum actuale  
nulli remittit sine aliquo motu retractationis;  
hunc autem motum neque dicit, neque necessariō  
secum adfert præcisa voluntas martyrij subeun  
di, quod patet, hac voluntas versatur circa aliud  
obiectum quām sint peccata, constatq; ex terminis  
non esse formaliter peccatorum detestationē,  
non etiam necessariō eam implicite inuoluit, vel  
secum adfert, cum possit aliquis mortem præli  
gere abnegatione fidei, qui nullo tamen modo cu  
piat suas voluptates deferere, vel inimico parcere,  
aut deponere odiā ergo voluntas martyrij sub  
eundi præcisō loquendo non est virtualis pénitentia,  
neque virtualiter dicit dolorem de peccatis.

Confir. hæc voluntas præcisa & ex fide, neque di  
cit implicitè pénitentiam perfectam, neque im  
perfectam: si enim prius diceret, semper iustificare  
hominem antequam re ipsa pateretur, quod  
nullus asserit præf. Caiet. relatum, cuius senten  
tia est improbabilis, non dicit etiam posterius,  
quia non est maior ratio propter quam potius  
hanc dicat quām priorem, præfertim cum autho  
res prioris sententia censeant hanc voluntatem  
operi coniunctam esse dilectionem super omnia  
opere exhibitam. Adde quod non possit facilè as  
signari quodnam attritionis genus hæc voluntas  
cēfatur implicitè continere, ergo sine fundamen  
to dicitur continere implicitam attritionem.

Dices esse dilectionem Dei super omnia opere  
exhibitam.

Resp. hoc dici non posse, quia si non sortiatur

rationem dilectionis antequam externa passio ac  
cedat, neque sortiatur illa accidente, cùm passio  
non efficiat ut actus qui non erat dilectio Dei su  
per omnia, inuariatus quoad intrinseca (quod sup  
ponitur) hanc rationem sortiatur.

Dixi in discursu, præfam voluntatem martyrij Communis  
suebundi, quia in re ipsa communis adest virtualis adest vir  
saltem pénitentia, ut patet ex varijs motiuis, ex taliis fah  
quibus varijs martyres passi sunt. aliqui enim pa  
li sunt ut vitam profunderent pro Deo quem se  
in adu  
pius offendebant, aliqui ex consideratione aeterno  
rum suppliciorum ad quæ euitanda parati fuerunt  
vitam amittere. Alij considerant infinitam Dei  
bonitatē postulare ut etiam vitā pro ea perdamus.  
Ade quod Dominus Deus ex infinita sua boni  
tate adiit martyri, eique inspicit ut in opere tam  
heroico eliciat excellentes actus qui virtualem sal  
tem pénitentiam & dolorem peccatorum conu  
neant, neque imaginandum est huiusmodi actus  
& detestacionis peccatorum retardare martyrem  
circa varia occupatam res hæc non est ex humana  
ratione metienda, adest Deus pugili suo, & facit  
ut ex consideratione peccatorum moueat ad  
se totum Deo tradendum, & ut ita satisficiat pro  
peccatis quibus Deum offendit; ad quos & similes  
actus mora longa non est opus, ut propterea dicamus hæc & similia martyrem nimium di  
strahere.

Ex dictis sequitur huiusmodi præciam volun  
tatē martyrij non tantum esse insufficiēt in eo  
qui recordatur peccatorū, sed etiam in eo qui in  
vincibiliter eorum non meminit. & certè si rem  
ex principijs theologicis consideremus, vtrouis  
modo secunda sententia intelligatur non apparet  
probabilis, cùm ex communissima Theologorum  
doctrina, immo & tacito Ecclesie sensu, lapso in  
mortale sit necessaria saltem virtualem pénitentia  
ita, ut etiam hæc pénitentia requiratur in peccato  
tore ad remissionem peccatorum acquirendā per  
baptismum, qui tamen directè est institutus ad re  
mittenda peccata; minus autem solidè hoc pri  
uilegium conceditur martyrio, & vt videtur contra  
Scriptura autoritatē, que perpetuo clamat peccato  
ri necessariam pénitentiam ad obtinendam Ignorātia  
peccatorum remissionem. Confir. ignorantia vel  
inaduentia non supplet medium necessarium  
ad aliquem finem, si ergo pénitentia saltem vir  
tualis requiratur necessitate medij ad delectionem  
peccati mortalis, cā deficiente etiam absque cul  
pa, peccator non iustificabitur, & sine fundamen  
to in præfenti ponitur exceptio.

Obiectetur i. D. Th. quæst. 87. art. 1. ad 2. do  
cet quod passio pro Christo suscepit obtineat  
viam baptismi, & ideo purget ab omni culpa & ve  
niali & mortali, nisi actualiter voluntatem pecca  
to inuenerit inherenterem.

Resp. inde non haberit intentum nisi quis velit. S.  
Th. aperte sibi repugnare, cùm in corpore eius  
med articuli virtualem saltem pénitentiam requi  
rat pro remissione venialium, quod expresse repe  
nit art. 2. ad 2. Ad obiectiōnem ergo

Resp. S. Th. loco citato esse nonnihil obscurum,  
& argumentum clarissim solui potuisse ex doctrina  
corporis articuli, videtur tamen dicendū nolle ad  
obtinendam remissionem peccatorum in marty  
rio non requiri virtualem pénitentiam, cūm illud  
comparat baptismum, in quo etiam venial sine p  
enitentia saltem virtuali non remittitur, sed solum  
velle quod si affectus non inhereat actualiter pec  
cato veniali, vel mortali, possit præsumi in mar  
tyre

Corollaria.  
Voluntas  
martyrij  
nō suffici  
etiam in  
eo, qui in  
vincibiliter  
peccatorū  
non mem  
nit.

32.

Obiectio.

L.

type virtualis pénitentia, iuxta paulò antē dicta atque adē in eo remittatur culpa, licet de illa non habeatur actualis dispenitentia, quod intendebat probare argumentum secundum.

Obiicitur 2. per voluntatem patienti coniunctam externe passione, martyr collēctur Christum & animam pro eo perdit; igitur iuxta Christi promissionem eam inueniet.

Resp. verum esse si adīst cetera quæ sciuntur ex Scriptura necessaria ad peccatorum remissionem, ex illa autem constat pénitentiam actualium peccatorum saltem mortalium necessariam esse ad iustificationem, neque ex illo Ecclesia sensu constat hanc regulam non habere locum in martyrio, igitur sine solido fundamento id asseritur in re tanti momenti, & quæ ex principijs sive est colligenda.

Dices decet diuinam bonitatem acceptare tam voluntatem operi coniunctam, præsertim cùm peccata menti non occurunt.

Resp. id esse nimis leue in re tanti momenti, & contra apertam doctrinam generalem in principijs fidei fundatam, si deficiente baptismo aquæ & sanguinis non dicamus propter similitudinem congruentiam parvulum posse salari per preces parentum, neque in præsenti id est asserendum, cùm sciamus ad deletionem peccati actualis saltem mortalium, requiri virtualem saltem pénitentiam. Potius asserendum est eandem bonitatem hominem excitaturam ad ponendam dispositionem conuenientem remissioni peccatorum acquirendam, ut supræ.

Obiicitur 3. si hac voluntas passione coniuncta non sufficiat, Ecclesia non erit sufficienter instruenda ad canonizationem martyris, poterit quæ ea in re errare.

Resp. neg. consequentiam, quia potest & debet examinare quonodo martyr se habuerit antequā patetur, & in ipso agone, in quo negotio pecuniariter à Deo dirigitur, ut moralem diligentiam adhibeat, quam conditio & rei grauitas postulat, & ne ea in re facile procedat, affluitque Spiritus S. in re tanti momenti, ne erret. quamus ergo non sit evidens physica euidentia quod martyris qui ante fuerat peccator sufficiens habuerit pénitentiam, Ecclesia tamen in eius canonizatione errare non potest, cùm præmisso diligenter examine modo quo se habuit martyr, Spiritus S. affluit ut non declaretur an quis sanctus qui talis non sit.

Dices saltem licebit orare pro martyre in peccato veniali decadente.

Resp. id non sequi ex dictis tanquam peculia, cùm omnino fatendum sit si quis actualiter inhaeat affectui venialiter malo, voluntatem martyrij subeundi non continere virtualem pénitentiam illius affectus, neque amorem Dei super omnem mali:inde.

Resp. 2. eo casu martyrem consecuturum remissionem illius peccati venialis, eo modo quo certi infi qui decedunt cum veniali, eius remissio consequuntur, de quo alibi dicendum; & remissa culpa statim totam penam condonari ratione martyrij, unde Ecclesia non debet illo modo orare pro martyre.

Dico 3. vt martyrum conferat gratiam & peccatorum remissionem, requiritur saltem attritio supernaturalis, eaque sufficit. Prior pars patet ex dictis precedentibus conclusione. antequam secunda probetur.

Recolendum quod initio dubij diximus, scilicet constitutum in periculo martyrij teneri amare Deum super omnia, & teneri de peccato conteri, si sit in mortalisi tamen inuincibiliter ignoret vel præceptum dilectionis Dei super omnia in fine vita, similiter præceptum contritionis, vel ignoret se esse in statu peccati mortalium, vel inculpate non aduertat hæc & similia præcepta eo tempore vrgere, vel denique si aduertat quidem & conetur elicere amorem Dei & perfectam peccatorum contritionem, re ipsa tame non pertingat ad actus tam perfectos, excuseturque in his omnibus à peccato, pertingat tamen ad veram attritionem de peccatis, dico huiusmodi attritionem cum martyrio sufficere ad gratiam iustificationis obtinendam, quod vt proberit ostendendum martyrium ex se & ultra meritum operantis esse gratia collatum etiam in adultis. quod

Prob.

Probatur 1. in parvulis confert gratiam per modum operis operati, vt patet ex dub. 5. hoc autem priuilegium non est concessum ætati, sed cauæ; ergo dicendum est etiam in adultis eam vim habere quantum ex se est, si ponatur dispositio reuista cum tali medio ad peccati remissionem. 2. nisi martyrio ea vis conuenire, non posset dici supplice baptismum aquæ, cùm externa passio voluntariæ suscepit nunquam posset immediate culpam delere. 3. Patres id videntur omnino insinuare dum martyrium non solum comparant baptismum, sed etiam præferunt, vt Clemens Romanus & Cyprian. citati; quibus addi potest Terrull. in Scotpiaco cap. 6. dicens: martyris nibil reputari potest, quibus in lauacro vita ipsa depuratur. neque Patres videntur prærogativam martyrij referre in affectum internum martyris, sed in ipsam passionem externam pro Christo. hoc supposito

Clem.  
Cyprian.  
Terrull.

Probatur attritionem sufficere tanquam dispositionem necessariam. Medium causatiuum gratia potest eam conferre si in subiecto inueniatur peccatorum retractatio, hæc autem inueniatur per attritionem supernaturalem; igitur martyrium potest gratiam conferre peccatori mortem subeunti pro Christo, si conceperit attritionem de peccatis, & proinde attritio per se est dispositio sufficiens ut gratia & remissio peccatorum per martyrium obtineatur. Major & minor probantur in Sacramentis quæ dicuntur viorum, quæ interdum primam gratiam conferunt homini attrito. Confir. attritus non potest dici adherere peccato per affectum, non potest etiam dici ponere obicem gratia, sed è contrario verè se disponit ad eius receptionem, quæ omnia patent in accidente ad baptismum cum attritione; igitur attritus censenda est sufficiens dispositio ut martyrium effectum suum peccatori conferat.

Dices non constat ex Scriptura vel Ecclesia traditione martyrium iustificare attritum, ergo ea vis non est ei tribuenda.

Resp. neg. consequentiam, quia licet non ita constet vt res sit de fide, videntur tamen conformati Scriptura & dictis SS. Patrum quod ea vis sit de fide, illi competit, immo & sensu Ecclesiæ quæ vt ostendimus censet martyrium iustificare parvulos, quod priuilegium non insinuat datum ætati, sed causa, scilicet passione pro Christo. ex quo colligimus Ecclesiam idem sentire de adultis, & proinde adultos recipere gratiam ratione martyrij, si tamen peccatorum (i quæ habeant) eos peneat saltem pénitentia virtuali.

Contra; Trid. 6. cap. 4. docet iustificatio-

Tridens.

nem post Euangeliū promulgatum non posse fieri sine lauacro regenerationis, aut eius voto. ex quo constat martyrium non post iustificare cum sola attritione, quæ non potest dici continere voluntati baptismi sufficiens ad iustificationem.

Resp. neg. consequentiam, & dico doctrinam Concilij intelligendam de medijs ordinarijs, non verò de extraordinario cui priuilegium est concessum. Dico etiam doctrinam generalem non esse sumendam cum exclusione eius de quo alibi constat, quemadmodum autem dictum est nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non potest introire in regnum Dei; ita dictum est, qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego cum coram P. atre meo; & qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. ut ad hoc propositum docet August. lib. 13, de ciuitate Dei cap. 7. & lib. 1. de origine animæ cap. 9.

Ex his adiutare martyrium non propteret dicendum esse Sacramentum, cum non sit à Deo institutum ad collationem gratia, nec sit relictum Ecclesiæ tanquam medium ordinarium & ceremonia sacra significativa gratia. nam ex parte tyranni actio est mala, neque dici potest tyrannus in eo aucto minister applicans instrumentum collatum gratiae: ex parte verò martyris est heroicus opus virtutis, cui Deus ex peculiari priuilegio extraordinariè gratiam promisit, ex quo satis apparet non conuenire illi rationem Sacramenti.

Dices Concilium Trid. pro cœmio sess. 7. docet omnem veram iustitiam vel incipere, vel cœptam augeri, vel amissam reparari per Sacra menta, scilicet ex opere operato.

Resp. Concil. agere de medijs ordinarijs ad gratia collationem institutis, non verò excludere aliud medium extraordinarium.

Dices ex dictis videtur sequi quod peccator possit aliquando mortem perficere cum sola attritione cognita tali, ita ut accedendo ad martyrium cum tali dispositione & non peccet, & gratiam sit recepturus. Probatur, ponamus aliquem paulo antè Deum super omnia dilexisse, hic abunde satisfecit præcepto de diligendo Dco, neque tenebitur vi præcepti contritionem elicere de peccato superueniente, cum præceptum contritionis non sit aliud à præcepto dilectionis Dei; vel si quis vergat, ponamus talem paulo antè contritum de prioribus peccatis, non tenebitur denuo vi præcepti conteri; igitur hoc casu peccator sciens suum statum & cognoscens suum dolorem non excedere limites attritionis, poterit se fæse martyrio offerre, nec tenebitur conari ad perfectiorem dolorem.

Dices id non sequi, cum martyrium non sit medium per se institutum ad deletionem peccati, unde peccator non potest ad illud accedere cum sola attritione cognita tali.

Confir. peccator non potest accedere ad Sacra menta viuorum sicut sola attritione cognita tali, quamvis attritio sufficiat ad gratiam per illa Sacra menta obtainendam.

Responderi potest hoc non obstat, quia licet martyrium non sit à Deo ordinatum ad remissionem peccatorum, sed ex parte martyris sit tantum heroicus fortitudinis actus, per quem aliquis vult Christum confiteri, & animam pro eo perdere: nihilominus ex priuilegio annexam habet gratiam, ad quam obtainendam sufficit in peccatore attrito, ut ostensum est, & proinde aliquis qui ceteris præceptis satisficerit, poterit accedere ad martyrium cum attritione cognita tali, sciens quod per

illud iustificabitur, & in eo non peccabit: nec est simile quod in confirmatione adfertur, quia cum Sacra menta viuorum ex Christi institutione supponant vitam in recipiente, ut quis ea dignè suscipiat; in dignè accedit qui saltem bona fide non existimat se vivere vita spirituali: martyrium autem nihil simile exigit, cum actus nostri supernaturales licet exerceantur etiam ab existentibus in peccato, ita ut propter statum peccati etiam cognitum, non peccemus de novo; ut pater in peccatore actum fidei exerceente, dante eleemosynam.

Propter hanc ratiocinationem videri alicui fortè possit speculatiuè loquendo probabile, quod peccator in dicto casu posset accedere ad martyrium cum sola attritione cognita tali.

Dico tamen prædictum id nullo modo posse affiri, cùm enim certum non sit martyrium in adulto habere priuilegium ex opere operato, sed id sit in quaestione positum, peccator cum sola attritione martyrium subiens salutem suam maximo periculo exponet, & proinde non connitens ad pericularem dolorem eliciendum grauiter peccabit contra sui charitatem.

Probatur, quamvis non videatur directè committi peccatum in eo quod videatur sequi sententiam probabilem, nihilominus per quandam consequentiam concluditur in eo casu graue peccatum committi, cùm sit graue peccatum aeternam salutem tam incerto medio querare, suppetente alio indubitate. licet enim sententia speculatiuè probabilis afferat peccatorem per martyrium cum attritione iustificari, si tamen ea sententia forte falsa sit, qui illam fecutus fuerit, in aeternum peribit, atque adeò peccator qui sciens & volens cum sola attritione accedit ad martyrium, salutem suam discrimini exponit, & proinde grauiter peccat contra sui charitatem. Adde quod licet sit sententia qua afferit attritionem sufficiere cum martyrio ad iustificationem, non sit tamen sententia qua dicat licitum esse homini peccatori cum sola attritione cognita tali accedere, neque ex uno aliud sequitur, ut exemplis potest ostendere, non enim sequitur, probabile est baptismum collatum in nomine genitoris geniti & procedentis ab utroque valere, ergo probabile est licere ita conferre.

#### D V B I V M I X.

Quandonam martyrium suum effectum conferat?

T R E S sunt hac de re sententia.

Prima afferit conferre in instanti extrinseco vita, primo scilicet instanti quo homo desit esse, quia sententia duobus ex capitibus sustinetur. 1. à Caiet. 2. 2. quægl. 124. art. 4. ad 2. ex eo quod mori martyris sit meritorum; moriut autem in instanti extrinseco quo primò non est. 2. ab alijs qui existimant martyrium cōferre suum effectum ex opere operato, quia solum in instanti mortis aliquis est martyr. ita Salas 1. 2. disp. 2. sect. 2. num. 14. qui plures citat, quorum tamen aliqui non vindicent sententia id esse probabile.

Secunda sententia docet martyrium conferre suum effectum in ultimo instanti vita hominis, cum scilicet verum est dicere, homo vltimò vivit.

Tertia tenet fructum martyrij concedi paulo ante mortem, quando scilicet vulnera sunt talia ut ex parte causarum naturalium mors ex illis necessariò sequi debeat. ita Suarez disp. 29. sect. 2. sub

finem.

finem. Valent. tomo 3. disp. 8. quest. 2. puncio 1. §.  
me per mortem. Lessius cap. 1. citato dub. 5. num. 59.

Hac sententia est longe probabilius. 1. quia ad martyrium non requiritur ut mors sequatur, sed sufficit ut vulnera lethalia inflicta sint, vel causae extemae sufficiens ad mortem inferendam fuerint posse, licet diuinus fuerint impedita ne in corpore agerent, nam qui lethalia vulnera pro Christo accepunt, ita ut quantum est ex parte cauorum naturalium mors suisset secuta, quantum in se est Christum sunt confessi, & animam pro eo perdidunt; ergo gratiam martyrij debent recipere, non enim videtur debere praedicare seu nocere parato mortem subire pro Christo, quod Deus propter communem cursum eum conferuet, cum duplum peculiari quadam ratione eius confessio- nem reddit illustriorem.

Confir. quando lethalia vulnera sunt inflicta martyrum in causa naturali est quodammodo con- summatum. 2. in ea sententia assignatur modus vulneris, sive qui in aliis non ita commode as- signatur, quia, ut dictum est non videtur negan- dum, quin ei qui, quantum est ex parte sua & cau- rum naturalium suisset morituri, ex diuina ta- men misericordia est preservatus, sit concedenda martyrij gratia, quia iuxta alias sententias non concedetur. 3. secunda sententia nititur funda- mento minus communi, de desitione rerum per- manentium, quod scilicet desinant in instanti in- trinseco.

Sententia Caietani varia habet incommoda. 1. quod agnoscat nos post hanc vitam posse mereri gratiam, quod est planè improbabile, cum sit idem tempus meriti & demeriti, post hanc vitam au- tem nullus possit demereri. 2. quod non possit as- signare idem tempus vel durationem pro infusione gratiae martyribus infantibus, & adultis, vel si assi- gnat videantur in Theologia sequi absurdia. nam iuxta Caietanum confertur aduliti sgratiatione martyrij per modum meriti in primo non esse ho- minis, seu in primo instanti extrinseco vita; non potest autem dici ita conferri parvulus, vel si dicatur, afferendum dari gratiam & gloriam ijs qui in vita nunquam habuerunt fidem etiam habitua- lem, quod videtur inconveniens. est enim incon- veniens spectata lege iam posita puram creaturam que in hac vita nunquam habuerit fidem, recipi- re gloriam in altera.

Confir. talis nunquam haberet fidem, non in hac vita, ut supponitur, non etiam in altera; quia, quidquid sit de ea questione an fides remaneat in beatis, conflat ijs non infundi si non praexiterit. 2. infans qui nunquam in hac vita habuit gratiam, non potest dici cadere ad Austrum, neque ratione gratiae iustificantis, neque ratione bonorum ope- rum, nec aliis modis facilè sibi potest quo id dicatur, sicut latuari non potest.

Dices 1. si gratia martyrij detur ante finem vite, non erimus certi num martyr sit beatus, quidam enim est in hac vita, potest peccare.

Resp. neg. assumptum, ad probationem dico quod licet per intrinseca principia peccare possit quidam viger ratio, non tamen peccabit. 1. quia nihil est quod hominem in eo statu constitutum moraliter possit allucere ad peccandum. 2. vt ali- quid tunc moueret, pertinet ad diuinam prouid- entiam ita custodire eum qui agenem moraliter & quantum est in se absolvit, vt nulli cedar tenta- tionis, quod etiam facit abundantia gratiae & auxi- liorum quae conceduntur.

Dices 2. ex dictis sequeretur toties dandam gra- tiam martyrij, quoties aliquis pateretur vulnera lethalia.

Resp. concedendo, si ea vulnera ita infligantur ex interullo, vt non censemantur cum prioribus ad idem martyrium pertinere. vt v.g. si postquam ali- quis fuit à Deo preservatus à morte, rursum rapi- tur ad martyrium, & mortaliter vulneratur (quod pluribus martyribus accidisse constat ex historijs) dico quod duplex gratiam ratione martyrij re- cipiat, quia duplex est confessio, & talis quantum est ex parte sua bis mortem pertulit pro Christi nomine, quemadmodum igitur martyrio consummato, si quis ad hanc vitam reuocatus rursum martyrium subiret, duplum gratiam videtur recipere, ita in nostro casu canon videtur negan- da. Si vero post vulnera lethalia accepta, noua ad- iijciantur, ita ut tyrannus censematur adhuc versari in sua actione, non videtur nota gratia conceden- da, quia posteriora vulnera concurrent cum prioribus ad vitium martyrium, quod est aggregatum ex vulneribus, ex quibus quantum est ex causis naturalibus mors necessario sequitur, sive plura sint inficta, sive non. vnde si gratia sit concessa ante- quam accedit posteriora vulnera, ratione illorum non datur gratia ex opere operato.

Confir. in illis circumstantijs homo per poste- riora vulnera non censemtur vitam perdere, cum ei esset integrum illam retinere, neque censemtur libe- re vitam exponere post priora vulnera accepta.

Petes quid censendum de miraculose seruatibus qui non pertrahuntur amplius ad martyrium?

Resp. verisimile esse diuina protectione custo- diri ne peccent saltet mortaliter, dum in hac vita versantur, nam alioquin parum gratiae illis confer- retur qui quantum ex se est cursum consummauerant, & premium penae obtinuerant, si communia forti relinquerentur. præterea ostensio diuina virtutis in vita eorum corporali custodienda ad aliorum consolationem & auxilium, non debet illis cauare tantam salutis incertitudinem, cum quantum est ex certamine salutem moraliter ef- fectu consecuti.

#### ARTICVLVS IV.

##### Vtrum peccatores sint baptizandi?

**N**O T A N D V M ex S. Th. dupliciter aliquem duci peccatorem: uno modo propter macu- lam peccati præteriti, qua ratione omnis, cui pec- catura mortale non est condonatum, dicitur pec- cator, & esse in statu peccati: altero modo ex eo quod permaneat in proposito seu voluntate pec- candi.

Respondeat 1. peccatoribus priori sensu acceptis resp. baptisum esse conferendum, quia baptismus est institutus ad deletionem peccati; illum autem ef- fectum habere potest in eo qui cum macula pec- cati accedit ad illum recipiendum.

• Respondeat 2. peccatoribus in posteriori sensu acceptis baptismum non esse conferendum, patet 1. per baptismum Christi commorin & conse- pelimur, qui autem habet voluntatem peccandi & perseverandi in peccato, non potest Christo com- mori. 2. habens propositum perseverandi in pec- cato ponit obicem receptioni gratiae, & proinde non potest Sacramentum absque peccato recipi- re. 3. cum per baptismum intremus in familiam Christi,

Obiectio 2.

Si quis præ-  
seruat a  
morte, re-  
sum ad mar-  
tyrium ra-  
piatur, du-  
plicem gra-  
tiam reci-  
pientem  
duplicis  
martyrij.

POSI

DI

SI

VI

II

IV

VI

Christi, baptizandus non debet habere voluntatem repugnantem Christi legi.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria?*

36.

Resp. neg.  
Florent.  
Trident.

**R**ESPONDET, negatiue. qua doctrina certa est ex Concil. Flor. decreto de Sacramentis, & ex Trid. sess. 14. cap. 2. & 8. ex quibus locis constat in baptismi non solum deleri culpæ, sed etiam remitti omnem peccatum apud Deum peccatis debitam. cuius rei primaria ratio est. Christi institutio; congruentia vero, est quod per baptismum commoriamur Christo, & quod spiritualiter nascamur, & proinde deceat in eo, non solum remitti culpam, sed etiam totam peccatum.

Ex quo sequitur quod non tantum non possint imponi ab Ecclesia opera satisfactoria baptizato ad satisfaciendum pro peccato, sed etiam quod ne quidem possint ad hunc finem assumi. iniuriam enim faceret baptismus & passio Christi iudicans suo facto per baptismum non obtineri plenam remissionem peccatis debitam, & Christi passionem non plenæ applicari baptismu ad perfectam penitentiam.

Dixi, ad satisfaciendum, quia ad alios fines bene possunt consuli opera penitentia, vel alia, vel etiam iniungi si iudicetur necessarium: vt si baptizandus alios iniuria affecterit, moneri debet ut satisfaciatur pro huiusmodi iniuria, quia sine voluntate satisfaciendi non potest gratiam baptismi cōsequi. idem est iudicium de alijs restitutionibus, 2. possunt iniungi si iudicetur necessarium ad inmoderatos animi motus & prauos affectus refranndos: possunt etiam consuli ut assumentur ad excitandam deuotionem, & ad similes fines.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum peccatores ad baptismum accedentes teneantur sua peccata confiteri?*

Resp.

Non teneantur peccatores ante baptismum singula peccata etiam mortalia in memoriam reuocare, quia id non requiritur ad concipiendum de illis dolorem, sed solum requiritur in ordine ad confessionem sacramentalem, nam constat peccatorum cōsideratis peccatis tantum in genere posse excitari ad eorum detestationem. interior ergo confessio etenim necessaria est ante baptismum, quatenus aliqua exigunt de ijs penitentia, & per consequens confusa eorum recordatio sufficit.

Respondet 2. nullo modo præmitendam esse confessionem sacramentalem, quia baptismus est

ianua Sacramentorum, ante quem homo est aliorum Sacramentorum incapax, & proinde etiam Sacramenti penitentie, neque potest à peccatis ante baptismum commissis per sacerdotem absoluiri, ex quod patet hec peccata ne quidem post receptum baptismum debere subiici clauibus Ecclesia, cum non sint materia Sacramenti penitentie.

Respondet 3. peccatorem baptizandum posse sua peccata confiteri, non quidem ad beneficium abolutionis obtinendum, sed ad recipiendum instructionem contra illa, vt videlicet remedia contra prauos animi motus, contra proximas peccatorum occasiones tradantur, vel ut declaretur obligatio restitutionis si qua sit facienda, & de tali confessione sunt intelligendi varijs Patres qui faciunt mentionem confessionis ante baptismum, vbi tamen

Aduerte eam non necessariò præmittendam, quia quicquid nullib[us] extat præceptum de tali confessione baptismi præmittenda, neque etiam ea necessitas potest colligi ex obligatione relinquenti proximas occasions, vel ex præcepto restituendi, quia potest aliquis aliunde habere horum notitiam. solum ergo est consilij conscientiam suam aperire ad instructionem spiritualem recipiendam.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum ex parte baptizati requiratur intentio suscipiendi Sacramentum baptismi?*

**N**OTANDVM hunc articulm sicut & tres <sup>37.</sup> *tres* *præcedentes* intelligi de adultis, de quibus *sententia*, *tres* *sunt* *sententia*.

Prima est eorum qui existimant baptismum validè suscipi, si sacramentalis actio exercetur circa aliquem, quamvis ille sit planè inuitus & corde dissentiat, vt refert Innocentius 3. cap. *maiores* §. *item queritur* de baptismi & eius effectu.

Secunda est Cafet. hic existimantis ad valorem baptismi non requiri consensum suscipientis, sed sufficere vt non habeat voluntatem contrariam.

Tertia tenet etiam ad ipsius baptismi substantiam & valorem requiri intentionem & consensum in recipiente, ita D. Th. hic & communiter Theologus, quæ sententia ita vera est, vt aliae nullo modo possint sustineri. videri possunt dicta quest. 64. art. vltimo dub. 2. quæ hic possunt applicari.

Aduerte 1. hunc consensum non tantum debe referri in actionem sumptu materialiter, sed etiam prout habet rationem mysticæ & sacramentalis actionis, nam ad hoc vt quis baptismum recipiat, non sufficit quod velit se aqua aspergi, cum verborum prolatione ibi sifendo, sed requiritur, vt saltē confusè idipsum velit, prout est ceremonia quædam sacra, v.g. quod velit ceremoniam christianorum recipere, vel quod velit recipere remedium contra peccatum &c.

Aduerte 2. hunc consensum in recipiente requiritum non debere necessariò esse formalem seu actuali dum. Sacramentum ipsum recipitur, immo neque debere necessariò esse virtualem, sicut debet esse in ministro. pater ex c. *maiores* citato, ex quo constat dormientes posse baptizari, quos certum est non posse habere intentionem virtualem dum ministratur eis baptismus; sufficit ergo consensus interpretatus seu habitualis ex actuali relicitus, qui in hoc consistit quod aliquis voluerit baptizari,

baptizari, nec voluntatem retractarit; talis enim censetur moraliter & interpretatiuè velle baptismum: ad hoc autem ut baptisimus valeat, ea sola voluntas requiriatur in recipiente, que sufficit ut baptisimus censeatur voluntariè ab eo recipi.

Hinc sequitur quod si vrgat necessitas, baptismus conferri possit amenti vel dormienti, qui cum desiderant antequam in amentiam incideret, vel dormirent, si non adiutoratur voluntatem retractari, vel posuisse obicem effectui Sacramenti per peccatum mortale: quod si non vrgat necessitas & speretur rationis vlus recuperandus, is est exceptandus propter maiorem Sacramenti reverentiam.

Potes vtrum sufficiat consensus interpretationis in eo consistens quod homo moraliter bene vivat?

Resp. non videri sufficere, quia homo moraliter bene vivendo non censetur eo ipso velle suscipere statum supernaturalem, & legem Christi ampliari, quia is qui sequitur solum dñi rationis naturalis, neque potest dici velle baptismum, quod illum formaliter in se desideret, vt patet; neque quod censetur versari in aliquo, cum quo baptisimus moralem habeat connexionem; ergo talis non censetur interpretationi velle baptismum.

Confir. cap. maiores citato videtur requiri quod aliquis habuerit propositum baptismi suscipiendi; vnde videtur requiri ut præcesserit actuale desiderium baptismi recipiendi, ad hoc ut aliquis dicatur habere interpretationiam voluntatem recipiendi baptismum. nec est simile quod supra diximus de extrema vñctione, scilicet illam posse conferri ei qui laudabiliter vixit, quamvis illam non petierit antequam in amentiam incideret, non est inquam simile, quia homo baptizatus seruando Christi legem seu vivendo secundum legem Christianorum, censetur moraliter velle sibi adhiberi media salutis in ea lege ordinaria, homo vero non baptizatus bene vivendo intra limites legis naturæ, non censetur eo ipso velle assumere aliam legem longè sublimiorem, & quæ varia præcepta ultra præcepta legis naturæ complectitur.

Adiuete 3. ad substantiam baptismi sufficere consensum etiam metu extortum, vt patet ex cap. maiores citato, & ex can. 55. Concil. Toletani 4. Ratio est quod cum tali, petu consenserit absolute voluntas baptismi recipiendi, vnde ex parte recipientis nihil deest ad Sacramentum substantiam, de hoc inuoluntario potest intelligi quod docet August. tract. 26. in Ioan. posse aliquem recipere Sacramentum nolentem; non enim vult omnino contradicentem posse validè baptizari, sed eum qui vi compulsa vult Sacramentum suscipere, quamquam & August. possit intelligi quod ipsa actio externa possit exerceri circa omnino nolentem, licet non in ratione Sacramenti.

Hinc sequitur quod qui metu mortis baptismum suscepit, teneatur seruare fidem & iuxta leges Christianorum vivere, atque adeo ad id possit cogi, vt patet ex can. 55. citato, ne nomen Domini blasphemetur, & fides quam suscepit contemptus habeatur, vt ibidem dicitur.

Obijcies quod inuria non possit solidum ius alteri tribuere & obligationem perfectam inducere, cum ergo in tali casu intercedat inuria, hoc modo baptizatus non potest adiugari ad seruandas Christianorum leges.

Resp. neg. consequentiam, quia talis ut ostensum est, verum suscepit baptismum, & intravit in

Christi familiam eiusque indelebili charactere est insignitus; ergo licet spectata sola iniuria ab alio illata obligatio perfecta oriri non possit, ratione tamen baptismi recepti & indelebilis characteris, non minus perfectè obligatur, quam alij, qui sine vlo metu baptismum suscepunt.

Pro sententia Caiet. obijci potest Innocentius 3. cap. maiores citato, dicens: tunc characterem sacramentalis imprimi operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non inservi obijcens; igitur ad valorem Sacramenti sufficit ut voluntas non repugneret.

Resp. neg. consequentiam, quia Pontifex aperitè loquitur de his qui antea voluerunt baptismum recipere, quos censet posse baptizari, quia ex quo baptismum desiderarunt & consensum non retractarunt contrariæ voluntate, censetur moraliter in eo permanere, non vult ergo sufficere non dissensum quomodocumque spectatum, sed solum non requiri actualem consensum quando baptismus confertur.

#### ARTICVLVS VIII.

Vtrum fides requiratur ex parte baptizati?

**H**ic etiam articulus intelligitur de adultis; fatis enim constat parvulos ante baptismum non posse habere actum vel habitum fidei.

Notandum vero fidem sanam & catholicam, de qua in titulo queritur, posse concipi requiri vel ad substantiam & valorem baptismi, ita ut adultus sine tali fide non possit validè baptismum recipere, vel ad effectum baptismi comparandum, scilicet gratiam sanctificantem.

Respondet 1. ad effectum gratiae comparandum per baptismum fides in adulto est necessaria, cum constet fidem esse radicem & fundamentum iustificationis, vt patet ex Concil. Trid. sess. 6. cap. 8. si nequa impossibile est placere Deo, vt docet Apostolus ad Hebreos 11.

Respondet 2. sanam fidem ex parte recipientis non esse necessariam ad valorem baptismi; patet ex præcepto Ecclesiæ, quæ non cusat rebaptizari eos qui in heresi baptismum receperunt, idem plurimis locis tradit August. & passim supponunt Patres. Ratio est quod cum heresi & errore quo existimetur baptismum nihil prodest ad salutem, immo esse merum figuratum, possit consistere in voluntate illum recipiendi seu recipiendi cærementiam quam passim usurpant Christiani; ergo non obstante errore particulari potest inueniri voluntas fidei in confusa Sacramentum recipiendi, & proinde quantum est ex parte baptizandi possunt inueniri necessaria ad valorem baptismi etiam si recta fide careat.

Ex hoc sequitur multò minis requiri ad valorem baptismi sufficientem notitiam rerum fidei, quod etiam constat ex præcepto Ecclesiæ, in qua non rebaptizatur is qui deprehenditur fuisse minus instrutus in rebus fidei cum baptismum reciperet.

#### ARTICVLVS IX.

Vtrum pueri sint baptizandi?

**A**FFIRMAT.

Notandum 1. nullo modo posse baptizari fœtum ex utero materno educatum, si confitit esse

Cap. Maior.

Pontifex tamen vult non requiri actualem cœlsum.

Resp. Fides in adulto requiritur ad effectum baptismi. Trident. Hebr. 11. Non ad valorem.

August. Cum heresi, si potest esse merum figuratum, possit consistere in voluntate recipiendi baptismi.

resp. affir. 39.

Nullo modo debet baptizari monstrum sine humana specie.

Ex sensu Ecclesiæ conformatio[n] non induci animam rationalem ante organizationem.

Si constet in monstru stet duas esse personas, singulae sunt seorsim baptizandæ dicendo super unaquaque, *ego te baptizo* &c. nisi forte periculum mortis imminent & tempus non suppetat ut singulae seorsim baptizantur.

Baptizetur sub conditione ex parte de quibus est dubium an Scotus dist. 6. quæst. 2. §. de quarto membre.

informetur alia anima.

Scot.

40.  
Errores hereticorum.  
Erasmus.  
Anabaptista.

mortuum; si merito dubitetur, num vivat, baptizari debere sub conditione: priusquam autem baptismus conferatur, si res moram patiatur, consuendi medici, vel ij qui de tali re putantur posse iudicare. Nullo etiam modo debet baptizari monstrum quod humanam speciem non præ se ferat, vt si nascatur simia, vitulus, vel aliquid simile cuius figura & forma nullo modo accedat ad humanam speciem. si iudicio peritorum dubitetur, baptizari debet sub conditione, si tu es homo ego te baptizo, &c. videri potest Rituale Romanum Pauli quinti, de baptismo, titulus de baptizandis parvulis.

Ex quo patet nullo modo baptizandam massam carnem quam nullam habet organorum dispositionem seu conformatio[n]em humanam, & proinde ex sensu Ecclesiæ à posteriori constat animam rationalem non induci in materiam ante organizationem; si enim induceretur grauissime erraret Ecclesiæ non procurans baptismum tali massa conferri saltem sub conditione.

Patet etiam resolutio cuiusdam quæstionis num baptismus conferri possit infantibus qui ante baptismum è vita deceperunt, vel nati fuerunt mortui, & ex signis videntur vitam miraculos recuperasse. videretur enim dicendum ea signa per medicos diligenter examinanda, qui si iudicent esse vice indicia, baptizari possunt, & quidem absolute: si dubitent, baptismus sub conditione conferri potest: si certò afferunt non esse, baptismus conferri inequit.

Notandum 2. si nascatur monstrum de quo constet in monstru stet duas esse personas, singulae sunt seorsim baptizandæ dicendo super unaquaque, *ego te baptizo* &c. nisi forte periculum mortis imminent & tempus non suppetat ut singulae seorsim baptizantur. nam eo casu minister infundens aquam singularem capitibus poterit simul baptizare dicendo *ego vos baptizo* &c. discerni autem poterit num sint duas persona, si sint plura capita, plura pectora, vel similia indicia que peritorū iudicio arguunt hominum pluralitatem, quorum iudicium tali eventu est inquirendum, nec ante diligentem inquisitionem in re dubia baptismus conferri debet. Quod si adhuc diligentiā non potest discerni vtrum sint duo homines, vel unus, vt quia capita & pectora non sunt ita distincta ut constare possit esse duas animas, tunc baptismus est absolute conferendum ijs partibus quæ videntur præcipue ad unam animam pertinere; postmodum reliquæ de quibus dubium est num informentur alia anima sunt baptizandæ sub conditione, si non es baptizatus ego te baptizo &c. vide Rituale Romanum suprà. videri etiam potest dubium an Scotus dist. 6. quæst. 2. §. de quarto membre.

#### D V B I V M

Vtrum homo ante usum rationis sit capax baptismi?

Hac in re errarunt heretici. nam vt constat ex S. Bern. epist. 140. eius tempore quidam Henricus censuit infantes non esse capaces baptismi, quod etiam censuit Petrus Brigitus, quorum sequentes dicuntur Henriciani & Petrobrutiani. eundem errorem sequuntur Anabaptistæ; cùm enim existimant baptismum semel legitimè collatum non posse iterari, rebaptizent autem in adulata etate eos qui in infantia baptizati fuerant, con-

uincunt existimare priorem baptismum fuisse nullum. videri potest Præteolus lib. 1. elenchi num. 35.

Ab eodem errore non videtur procul abesse Erasmus qui censuit parvulos baptizatos, cùm adoleverint, esse interrogandos num ratum habere velint quod eorum nomine promissum est; & si respondeant se nolle, suo arbitrio esse relinquendos. inde enim aperte sequitur valorem baptismi collati infantibus pendere à futuro eorum consensu, cùm ad annos discretionis peruenient. nam si fuit validus independenter à tali consensu, & ratione habitione, nullo modo sunt relinquendi suo arbitrio, quantumvis ratum habere nolint quod eorum nomine promissum est, cùm ratione baptismi & characteris indelebilis perfectè subiiciantur Ecclesiæ, à qua cogi possint ad Christi legem seruandam.

Contra hos errores statuitur conclusio catholica, parvulos ante usum rationis posse validè baptizari. Definitur in Concil. Trid. fess. 7. can. 13. de baptismi, in hæc verba: *si quis dixerit parvulos, eò quod auctum credendi non habent, suscepto baptismi inter fideles computandos non esse, ac propterea cum ad annos discretionis peruenient esse rebaptizandos, aut praefare omitti eorum baptismi, quoniam eos non actu proprio credentes baptizari in sole fide Ecclesiæ, anathema sit.* & can. 14. *si quis dixerit huiusmodi parvulos baptizatos cùm adoleverint, interrogandos esse an ratum habere velint quod patrem eorum nomine, dum baptizarentur, palliariuntur, et ubi se nolle responderint, suo arbitrio relinquendos &c. anathema sit.* quo can. aperte damnatur error Erasmi suprà relatus. Definitur etiam in Concil. Vienensis & habetur Clement. vnicā, de summa Trinitate, §. ad hoc, vbi dicitur *credimus esse (Catholicis baptismum) quoniam adulis quoniam parvulus communiter perfectum remedium ad salutem.* eadem veritas statuitur in Concil. Mileuitano can. 2.

Probatur 1. ex Ioan. 3. constat nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. cum non posse introire in regnum cælorum, parvuli autem sunt capaces ingressus in regnum cælorum sicut & baptizati. Minor probatur ex Matth. 19. Marci 10. & Luke 18. *finite parvulos venerare ad me; talium enim est regnum cælorum.* quod enim legimus apud Matth. & Marcum *parvulos*, apud Lucam habetur *infantes*, quod & ipsa vox Græca, τὰ παιδιά, significat ex quibus aperte constat infantes esse capaces baptismi per quem aditus ad regnum cælorum illis patet.

Probatur 2. ex Patribus; Clemente Romano lib. 6. constitutionum Apostolicarum cap. 15. baptizare *vestros infantes*. Innoc. 1. epist. 25. ad Concilium Carthaginense, & epist. 26 ad Mileuitanum; nam prædicti epistolis Pontifex damnat errores quos damnauerant Concilia, inter quos erat, parvuli propter salutem quæ per salvatorem Christum datur, baptizandi non sunt, item non opinantur parvulus ad consequendam vitam eternam christianam gratia sacramentum. Greg. 1. lib. 3. epist. 9. ad Ianuarium Calatianum, Leone 1. epist. 80. ad Episcopos Campanie.

Probatur etiā ex Patribus quorum aliqui docēt esse traditionem Apostolicam; vt Dion. Areopagita lib. de Ecclesiastica Hierarchia cap. vlt. versus finem; August. lib. 10. de Gen. cap. 23. vbi ait: *confuetudo matris Ecclesia in baptizandis parvulis nequaquam puerenda est, neque villo modo superflua depanda, nec omnino credenda nisi Apostolica esset traditio.* idem epist. 28. ad Hieron. *quisquis dixerit quod in Christo vivific abunatur etiam parvuli, qui sine Sacrameti eius*

ans participatione ac ritu excent, hic profecto & contra Apollonian predicationem venuit, & totam condemnat Ecclesiam, ubi propterea cum baptizandis parvulis festinatur & curritur, quia sine dubio creditur alter eos in Christo omnino iustificari non posse. idem Aug. plurimis locis contra Pelagianos ex baptismino parvulorum colligit eos peccatum originale contrahere, & frequentissime mentionem facit baptismi corundem. vide alia eiusdem testimonia dub. 1. circa art. 3. huius quæstionis.

Ex his patet falsum esse quod docuit Viues in cap. 27. lib. 1. de Ciuitate Dei, olim neminem consueuisse baptizari nisi in adulta ætate, & qui per se peteret baptismum, & intelligeret, quid sit baptizari.

Probatur 3. ratione in principijs theologicis fundata. Ex sensu Ecclesiae & plurimorum Patrum testimonio constat parvulos extra casum martyrij non posse saluari sine baptismino re suscepito; non est autem dicendum quod careant remedio pro eo statu; ergo dicendum eos posse baptizari. Minor probatur, non est minor abundantia gratiae in noua lege quam in antiqua, nec ea in noua lege se extendit ad pauciores; sed tamen est agitur in noua lege parvulos habere remedium contra peccatum originalis; illud autem est baptismus.

Confit. parvuli sine suo consensu possunt infici peccato originali, quidni ergo sine eodem possent liberari? item possunt in illa ætate per martyrium iustificari; quidni ergo per baptismum, cum actio sacramentalis possit ad eos pertinere?

Dices ad valorem baptismi requiri intentiōnem ex parte recipientis?

Resp. eam solum requiri in adultis propter speciem ratione in superioribus explicatam, quemadmodum in solis adultis requiri fides actualis prævia ad fructum baptismi obtinendum, non vero in parvulis: quod si dicantur credere, etenim solum id est verum, quatenus Sacramentum fidei recipient per quod initiantur fidei: similiter quod dicitur fidem Ecclesiae prodeesse infanti, etenim est verum, quatenus ea fides est causa cur Sacramentum recipiat.

Dices nemo sine suo consensu debet obligari; obligatur autem per baptismum ad seruandas leges Ecclesie, cui subiicitur.

Resp. neg. maiorem virtutem alteri sumptus nam satis constat etiam in ciuilibus consensum parentum posse inducere obligationem in parvulis filiis absque proprio eorum consensu; idem ergo in praetenti potest dici, scilicet parvulis induci posse obligationem seruandi legem Ecclesiae absque eorum consensu, præsertim cum parvuli diuino precepto obligentur baptismum suscipere cum ad ætatem adultam peruerenterint, & obligentur in Ecclesiam intrare, idq; cedat in eorum spirituale bonum; vnde qui baptizatis vel curat baptizari non valentem præstare consensum, negotium eius vtiliter gerit, alia est ratio adultorum qui consensum præstare possunt, cum enim in his, que ad æternam salutem spectant, sint sui iuris, non possunt nisi contentientes baptizari, & obligari, praterquam quod non possunt nisi volentes iustificari, & proinde non possunt nisi volentes iustificationis instrumentum recipere.

Postea parvuli non tantum sine suo consensu validè baptizantur, sed etiam sine consensu cuiusquam alterius, v.g. parentis, tutoris, & iuris communiter Doctores, & patet ex eo quod Ecclesia non

curet rebaptizari baptizatos initis parentibus, & ex eo quod de tali consensu necessario secundum Christi institutionem ex nullo solido fundamento constet.

Adverte parvulos non tantum validè baptizari ante vsum rationis, sed etiam conuenienter, vt ostendunt Patres citati & alij, ipsaque Ecclesia praxis: licet autem non sit diuinum vel naturale præceptum baptizandi infantes extra necessitatem, ipsa tamen Ecclesia consuetudo vim legis aliquo modo obtinet; & male audiunt qui nimis diu differunt baptismum suarum prolium sine graui causa. vnde licet non possit mathematicè assignari tempus quo baptismus debeat ministriari infanti, parentes tamen non debent esse nimis segnes in eo suis prolibus procurando. si defint suo muneri, per pastores moneri & vrgeri debent. Certè ex baptismino infanti collato illud commodum accidit, quod præueniatur ne repentinus casu obruatur & in æternum pereat.

Dixi, extra necessitatem, quia in extrema necessitate quando videlicet puer periclitatur de vita, præceptum naturale diuinum vrget ad baptismum illi procurandum, cum vnuquisque præcepto charitatis tenetur subuenire proximo extremitate vel etiam grauter indigenti, quamvis autem hæc obligatio parentes præ ceteris respiciant, qui scilicet præ ceteris tenentur suis prolibus consulere, cum illis strictius coniungantur, & etiam titulo officij paterni tenentur procurare bonum prolium, tamen non iij soli obligantur, sed etiam quilibet alius, cuius opera puer in ea necessitate indiget, ita ut etiam cum aperto viate corporalis discrimine vnuquisque teneatur procurare baptismum infanti aliquin sine eo morituro, quia æterna salus proximi præferenda est proprie vita corporali.

In praxi tamen apud Christianos iij qui nullam habent curam proliis, communissime sunt liberi a peccato, si parvulo etiam periclitant baptismum non procurent, quia possunt præsumere parentes, qui præ ceteris obligantur, vel etiam Pastores suo muneri non defuturos, nec tenentur sollicitè de statu & periculo parvuli inquirere.

Dices D. Nazianzenus orat. in sanctum baptismum 40. s. *sunt sane vera*, censet extra necessitatem triennium esse expedandum ut parvulo baptismus conferatur, nimis ut is audire & respondere possit.

Resp. consilium Nazianzeni ab Ecclesia reprobatur, & repugnat communissima aliorum Patrum sententia, parvumque esse utile; cum constet plerisque in ea ætate non posse aduertere quid circa se geratur, neque posse actum fiduci vel deuotio elicere, præterea rarissime posse recordari baptismi recepti in ea ætate, nullam ergo moraliter utilitatem adferit, & relinquit parvulum multis periculis expositum, cum illa ætas varijs periculis sit obnoxia.

Interim obiter notandum Nazianzenum nullo modo fauere Anabaptistis, cum censeat in periculo posse in quaue ætate ante triennium baptismum parvulo conferri.

Contra doctrinam catholicam multa obiecta sunt Anabaptistæ, quæ videre licet apud Bell. lib. de baptismino cap. 9. pleraque nullam habent difficultatem.

Obiectum itaque 1. præcepto baptizandi coniungitur, immo præmittitur præceptum docendi.

Conniven-  
ter baptizā-  
tur ante v-  
sum ratio-  
nis: nequit  
tamen pre-  
cise deli-  
gnari tem-  
pus &c.

In periculo  
vitæ præ-  
ceptum natu-  
rale diuinū  
vrget ad eū  
illis pro-  
curandum.

Etiam cum  
periculo  
vitæ pro-  
priæ.

Sententia  
Nazianze-  
ni non ad-  
mittitur.

Obiectio 1.

Matth.

*Matth. vlt. cunctes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus S. cum ergo parvuli non sint capaces doctrinæ recipiendæ, non sunt etiam capaces baptismi in ea ætate recipiendi.*

*Resp. Prael. neg. consequentiam, quia præceptum docendi solum imponitur a postolis respectu adulorum; instruuntur enim quomodo in gentium conuersione se gerere debeant, quod scilicet debeant adulst docere fidem mysteria, & ut obseruent Dei mandata, tum debeat instruere baptizare, unde illis corumque sequacibus præscribitur quomodo se gerere debeant ut adulst baptismum utiliter suscipiant, simili modo dicitur Marci vlt. qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, quæ sententia significatur in adulst fidem requiri ad baptismum utiliter recipiendum, nullo tamen modo vult Scriptura sine præiudicione baptismum non posse validè conferri, vel non posse etiam conferri utiliter parvulis. Hac argumentum contra alios hereticos vim habet, cum docent sacramenta solum deseruire ad excitandam in nobis fidem; contra catholicos verò nihil vrget, cum hi assignent longè alium effectum sacramentorum, nimis gratia infusionem, cuius cum infantes sint capaces & sacramentalis actio possit circa illos exerceri, sequitur illos utiliter posse baptizari.*

*Obiectio 2. quod 1. Petri 3. homines dicuntur salui fieri in baptismo interrogatione bona conscientia, quam infantes habere non possunt.*

*Resp. satis constat etiam apud Anabaptistas baptismum non esse formaliter interrogationem bona conscientia, nec apostolus coloco tradit baptismum essentiam baptismi, sed solum cum describit per effectum quem in adulst habere potest, quod scilicet gratia & iustitia, quæ conferuntur in baptismi, tribuat facultatem fiducialiter accedendi ad Deum, eumque, tum pro se, tum pro alijs obsecrandi. Adeo etiam huius interrogations fundamentum conferri parvulis in baptismi.*

## ARTICULUS X.

## Vtrum pueri Iudæorum vel aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi?

*C*ONSTAT baptismum collatum filiis infidelium inuitis parentibus esse validum, prout contra paucos Theologos habet communis Doctorum sententia; & videtur confirmare sensus Ecclesiæ. nam cap. contra Christianos de hereticis, in 6. insinuat ita baptizatos subiacere iurisdictioni Ecclesiæ. accedit quod Ecclesia non curat tales rebaptizari, cum ad ætatem adulst peruenierint, quo supposito querit D. Thom. num licet baptismus inuitis parentibus Iudæorum vel infidelium filiis conferri possit? vbi

*Notandum quæstionem non intelligi de filiis eorum infidelium qui baptismum receperunt, cum constet illos ante vñum rationis inuitis parentibus posse baptizari; nam ratione subiectio parentum Ecclesia indirectam in eos habet potestatem, quamdiu parentes rationis sunt; sub parentum cura. Confit. Ecclesia potest præcipere parentibus sibi subiectis ut suis prolibus baptismum procurent, potestque refractarios vel negligentes puniri; regit potest illis inuitis baptismum eorum filiis*

procurare. Per infideles ergo D. Th. intelligit non baptizatos, qui iurisdictioni spirituali Ecclesia nondum sunt subiecti, quales sunt etiam catechumeni ante baptismum recipi susceptum. Respondeatque duabus conclusionibus.

Prior est, infidelium fili in adulst constituti possunt etiam inuitis parentibus licet baptizari, si videlicet consentiant, immo ad hoc induci possunt. Probatur, adulst qui ratione vñ potest, est sui iuris in his quæ ad iustificationem & salutem æternam pertinent, neque potest in illis per quemquam iure impediri. 2. adulst non baptizatus tenet baptismum non diu differre, & in executione illius præcepti non pendet a parentibus; ergo potest licet eundem recipere etiam inuitis parentibus; ergo ipsidem inuitis potest baptismus licet ei conferri. potest etiam induci ad illum recipiendum, cum sit pius & laudabile aliquem excitare ad obseruationem diuinorum mandatorum, & ad illa procurandæ quibus à statu peccati recedat, & admittatur ad diuinam amicitiam.

Posterior: fili infidelium carentes vñ ratione non possunt licet eisdem inuitis baptizari, addit, vel ijs quorum cura subiungit, v. g. tutoribus, de qua conclusione nonnulla est controværia; itaque

## DVIVM I.

## Vtrum liceat inuitis parentibus baptizare infantes infidelium qui nullo modo Ecclesie sunt subiecti?

*N*OTANDVM si saltem alter parentis sit fidelis, seu baptizatus, puerum potest illis inuitis baptizari; quia cum ius singulorum in prolem sit æquale, vel poene æquale, quando alter subiungit Ecclesia, illa ratione subiecti in favorem religionis potest puerum inuitis parentibus baptizare, eorumque cura subducere, cum enim eo casu possit sibi subiecto præcipere ut baptismum procuret infanti, & fidelis id possit facere, immo teneatur, quantumvis compars infidelis repugnet, sequitur quod Ecclesia inuito fidelis possit eundem baptizare, & si necesse sit ad conservandam baptismi sanctitatem parentum potest atque subducere. ita communiter Doctores, & insinuat in Concl. Tolletano 3. cap. 14. vbi dicitur, *Iudæi non licet Christianos habere uxores &c. & filios, qui ex iahi conjugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum, scilicet etiam inuitis parentibus; & clariss in Toletano 4. cap. 61. filii, qui ex iudæis (Iudæo scilicet & Christiano) nati sunt, fidem atque conditionem matris sequantur. similiter & illi qui procreari ex infidelibus mulieribus, sed fidelibus viris, Christianam religionem sequantur. vbi & alia ratio insinuat, quod scilicet, si nolit pars infidelis converti, atque adeo coniuges sint separandi iuxta illud decretum, proles debeat & qui partem Christianam in favorem fidei, prudentia tamen opus est, neque est præcipitanda collatio baptismi, vel si putetur parentis infidelis convertendus, vel fœtus extendus ut consentiat, vel prudenter putetur quod proles non poterit abstrahi absque summa difficultate, & non sine aliqua nominis Christiani iacturæ. Idem proportione dicendum si proles sit sub cura plurium tutorum, quorum unus saltem sit Christianus; idem etiam dicendum quando alter*

parens

*Cap. contra Christianos.*

*Sæc. quæst. Th.*

parentis consentit, quamvis uterque sit ethnicus, quia consensus viuis tribuit ius Ecclesiae baptizandi parvulum etiam altero invito, ut patet ex dictis, hoc præmisso.

Resp. in casu questionis nullo modo licere extra casum necessitatis baptismum parvulo conferre.

Probatur, vel proles baptizata esset relinquentia parentibus, vel subducenda illorum potestatis, neuto autem casu potest licet baptismus conferri infidelium filiis, ijs repugnantibus ergo &c. Minor probatur pro priori parte, si proles baptizata relinquitur sub cura parentum infidelium, est apertissimum periculum profanationis baptismi, cum non possit aliud prudenter præsumi vel sperari, quam quod prolem sint educatur in Gentilismo, Iudaismo vel Mahometismo, immo instillatur odium religionis christiana ergo non potest sine grauissimo sacrilegio baptismus eo casu conferri.

Probatur etiam pro secunda parte; parentes habent ius prolem educandi & gubernandi, contra quod ius aperte fieret, si proles baptizaretur cum intentione illam subducendi, & proinde nullo modo licet baptizare cum huiusmodi intentione, alias liceret baptismum contra inuitos defendere.

1. Constat ex Conc. Toletano 4. can. 55. nemini adulto vii inferendam ut credat & baptismum suscipiat, sicut neque vis inferenda est parentibus infidelibus in casu dubij, ut proles baptizetur, cum ex ratione qua cogi possent ad secundum, possent etiam ad prius; non enim minus tenentur baptis- mun sibi curare, quam suis prolibus.

3. Id mortaliter censendum est illicitum quod Ecclesia nunquam usurpauit, nec usurpadum censuit etiam oblati occasionibus; nunquam autem censuit baptizandos inuitis parentibus filios infidelium nullo modo sibi subiectorum.

Confit. 1. longè aliter se gerit circa filios Apostolorum quos etiam inuitis parentibus curat baptizari; ergo signum est quod non agnoscat se habere potestatem baptizandi inuitis parentibus aliorum infidelium filios.

Confir. 2. si huiusmodi potestas competet Ecclesiae, eidem competenter potestas præcipiendi ut parentes suis prolibus baptismum procurarent, sicut puniendi ob negligentiam, quæ omnia sunt aliena sensu Ecclesiae, & Apostoli dicentis ad Corinthios 5. quid mibi de y, quæ foris sunt indecet? quibus verbis agnosceret nullam in infideles habere iurisdictionem. Sequela probatur, potestas baptizandi infans inuitis parentibus videtur iuri ex quod possit suppleri eorum negligentia; quod si ita est, cur non possint etiam adiungi ad officium praestandum?

Dices non posse, quia Ecclesia iurisdictioni non subduntur.

Resp. hinc sumi argumentum quod neque pro illis inuitis possit baptizari, cum non possit baptizari sine profanatione baptismi, vel sine lesione iuri paterni, quod ius ab illis auferri non potest; cum Ecclesia nullam in eos habeat iurisdictionem, ex quo sequitur quod eis inuitis proles non possit baptizari, vel inuitis infidelibus, sub quo- rum cura proles est constituta.

Adverte ex prima probatione deduci non so- lum non posse baptizari eam parvulum quando parentes actu repugnant, sed etiam quando igno-

rant, quia etiam eo casu unum ex allatis incommodis sequitur.

Petes 1. an in dubio de vsu rationis proles baptizari possit inuitis parentibus?

Resp. non posse. 1. quia parentes in dubio non debent priuari iure quod legitimè possident. 2. vel dubio de re examinata remaneat dubium de vsu rationis, vel vsu ratio-

45.

Neque in

re

examina-

ta-

re-

&lt;p

sed ratione iuris superuenientis, cui cedit ius paternum prolem educandi, & tollitur per mutationem status in prole; quemadmodum matrimonium etiam per iniuriam consummatum, redditur insolubile quoad vinculum, non propriæ ratione iniuria, sed propter circumstantiam consummationis superuenientem; quod in presenti casu etiam potest confirmari ex eo quod Ecclesia nullam iniuriam intulerit, iniuria vero ab eius ministro commissa non debet illi prædicare.

In superioribus dixi quod Ecclesia teneatur prolem abstrahere, quando non sequitur grauissimmo commotio &c. quia si grauiora mala timeantur, non tenetur prolem abstrahere, & idcirco forte non ita frequenter tenetur abstrahere; quia moraliter loquendo sepe huiusmodi mala possunt timeri, in quibus diuidicandis opus est prudentia in casibus particularibus, spectatis circumstantiis potentia personarum, odij quod sequi possit in religionem christianam, periculi tumultuum &c.

Obiectio 1. Contra dubij resolutionem obiectetur 1. quod Matth. v. 19. imponatur Ecclesia præceptum conferendi baptismum; igitur eius ministri possunt illum conferre filiis infidelium in casu dubij etiam iniuris parentibus.

Resp. Præceptum baptizandi intelligitur salvo iure cuiusque, si autem in nostro casu parvulus iniuris parentibus baptizaretur, eorum ius violaretur, vt ostensum est.

Contra, parentes non permittentes vt proles baptizetur, abutuntur potestate patria & iure suo, cum teneantur ei baptismum procurare.

Resp. hoc sensu abuti quod negligenter facere id ad quod obligantur, propter quem abutum non licet alij prolem eorum potestati subducere; quemadmodum non licet priuato abstrahere prolem a parentibus eo quod parentes negligenter illam fidem articulos docere. Ecclesia autem in nostro casu comparatur cum infidelibus tanquam priuatus cum priuato.

Obiectio 2. parentes facere iniuriam proli quia ius habet ad baptismum recipiendum, & per consequens posse alium illis iniuris prolem baptizare.

Resp. 1. neg. antecedens, non enim dici possunt iniuriam proli infogare quod negligenter illi procurare baptismum, sed vt sumum peccant contra præceptum Dominum parentes suo modo respicunt, neque proles ita ius habet ad recipientum baptismum vt quicunque negligit baptismum illi procurare, respectu eius committat iniuriam. Adde quod licet haberet ius proprium, quādū tamen non vītū ratione, in eo censeretur dependere à voluntate parentum, quibus competit cura proli, & proinde si negligat baptismum procurare, non peccabunt peccato iniurie respectu proli.

Resp. 2. neg. consequentiam, quia licet concederemus in casu obiectiōis parentes peccare contra iustitiam, non posset tamen alius cum eorum iniuria id præstare, seu baptismum conferre.

Obiectio 3. quod Deus habeat ius vt proles infidelium baptizentur.

Resp. Dein non committere executionem iuris sui ministris Ecclesia cum detimento iuris paterni, & eo modo ex quo sequeretur immortale

odium religionis catholicae, & sacramentorum Ecclesiae, & similium, quæ facile sequentur si parentes possent baptizari iniuris parentibus nullo modo Ecclesia subiectis. Non sequi, Deus habet ius ad hoc vel illud; ergo ministri possunt illud ipsum quomodo locumque exequi, faciunt patet, nam Deus habet ius vt adulteri baptizetur, & tamen non sequitur quod iniurio possit baptismus conferti, item habet ius vt peccator non sumat Eucharistiam, & tamen non sequitur eam posse negari ab Ecclesia ministris occulto peccatori publice petenti.

Petes 1. an liceat baptizare parvulum procul a parentibus infidelibus constitutum?

Resp. distinguendo: vel enim parentes cognoscunt, vel saltem adhuc moraliter diligenter cognosci possunt, & potest puer eis relatum, immo debet: hoc casu non potest baptizari propter allata incômoda, vel ignorantur parentes & hi quorum cura subest parvulus, nec spes est etiam adhuc diligenter possit cognosci, tali casu potest parvulus baptizari, eum cesserent pericula propter quæ baptismus non est conferendus infidelium filij, & parvulus in ea circumstantia censeretur, parentibus, & is apud quem inuenitur posse illius curam gerere, & salutis media procura re, videri potest. Caet. hic, Sotus distinet, 5. quæst. vñica art. 10. §. contra hanc autem, & alij, immo videtur ad id obligari, & Ecclesia in his circumstantijs potest eum vrgere vt parvulum curen baptizari, quod si parentes postmodum compareant, proles non est illis restituenda, cum, vt pater ex superioribus, per baptismum transferit in ius Ecclesia, quod non solum verum est quando proles absque parentum iniuriam ab illis est abstracta, sed etiam quando cum iniuriam eorumdem abducta est, nam præcedens iniuria non facit vt baptismus illicite conferatur parvulo, qui moraliter adhuc diligenter non potest parentibus restituiri, nam eo casu, subsecvens non est formaliter iniusta, sed puer potest absque peccato retineri, & eius cura geri potest, immo & debet ab eo, qui detinet.

Petes 2. virum in extrema necessitate quando proles putatur breui moritura liceat cendam baptizare, in scis vel etiam iniuris parentibus? Aff. necesse sunt Sotus art. 10. citato in fine, Henriquez lib. de baptismo cap. 25. num. 2. Lorcā 2. 2. quæst. 10. art. 12. disp. 37. num. 1. Turrianus eadem quæst. disput. 53. dub. 1. quod etiam censet probabile Suarez disp. 25. sect. 3. §. ex his autem, que tentatio est probabilis, quia quando puer qui adiutetur breui moritur conseretur baptismus, nec sequitur periculum profanacionis baptismi, nec periculum abducionei, non proli a parentibus.

Dices ipsam, collatio baptismi sine consensu parentum est actio ipsi iniuriosa, cum ad illos spectet cura pueri.

Resp. neg. assumptum in hac circumstantia; ad probacionem dico, quod dicitur pertinere ad parentes curam pueri, intelligendum iuxta morale iudicium & iuxta estimationem prudentum; moraliter autem iudicium quando proles versatur in extremo cœletur inuidi alienum officium & ferogari iniuria parenti, si eo negligenter baptismum procurare alius procuret ibi sifendonam extrema necessitas proximi plura concedit externo quam per se extra illam censeretur permisla, immo Lorcā & Turrianus suprà censerunt teneri conferre baptismum.

Adverte

Adverte tamen 1. magnâ prudentiâ opus esse in via talis potestatis; nam debet esse moraliter certum, parvulum in eo esse statu in quo moraliter de vita eius corporali desperetur. Vnde in morbo etiam gravi quādū non subest tale periculum proles non est inuitis parentibus baptizanda; ne, si supereruerit, sit eripiā parentibus, vel cum apostolus periculū illis relinquenda.

2. Non debet illa vis parentibus inferri, vt paf-

sum Doctores, quia semper habent ius ut nihil cur-

ca prolem fiat, si fieri non possit sine vi illis illata.

Ade quod si vis inferatur, christiana religio in

odum vocetur.

3. Iuxta aliquos non debet baptizari, si scandala-

num inde oriatur; ita Sotus & Suarez: alij tamen

existimant posse baptizari non obstante scandalo;

Turrianus suprā, Valquez disput. 155. cap. 3. num.

27. quia necessitatis ad salutem non sunt propter

scandalum omittenda; sed id non virget, quia in

metro casu non agitur de aliquo dimittendo, verum

de non faciendo eo quod communiori Doctorum

sententia fieri negat extra casum extremā nece-

ssitatis, de quo est quæstio num possit fieri in extre-

mæcessitate non obstante scandalo, seu utrum

illa circumstantia non adimat facultatem confe-

rendi baptismum; & videtur adimere iuxta pio-

rem sententiam, quia id quod ex accidenti est licet

non videtur licere, si ex modo procedendi gra-

de odium religionis sequatur, vnde in praxi curan-

dum est ut secretò fiat, quantum fieri potest, & si-

ne infideliū perturbatione.

## D V B I V M II.

*Vtrum filii infideliū, qui tantū politice subduntur principi Christiano, possint illi inuitis baptizari?*

**A FFIRMAT.** Scotus in 4. dist. 4. q. 9. Gabr. ad eam dist. quæst. 2. dub. 5. Lorca suprā con-

clus. Eustus dist. 6. §. 2.

Negant communis Theologicum D. Thom.

hic.

Adverte Scotum nolle id cuilibet priuato lice-  
re, sed principis autoritate. nam censet principes  
quam Dei ministros posse cogere subditos ad  
legum diuinarum obseruationem, & proinde com-  
pelle etiam infideles, vt prolibus suis baptismum  
procurent, & si negligant, posse eos punire abstra-  
ctione prolium & baptiūlum procuraione: vnde  
censet prudenter procedendum ut parentes nihil  
liciant, antequam proles baptizetur, ne in odium  
religionis Christianæ & Sacramentorum eam in-  
terficiant. si hæc incommoda cuari possint, cen-  
set principem non tantum posse procurare bapti-  
sum parvulis, sed etiam teneri; quia per se lo-  
quendo tenetur vi legitimè ea potestate, quam  
haber in subditos.

Ad questionem Resp. negatiue.

Probatur 1. Ecclesia nunquam procurauit in-  
stantes infideliū subditorū principibus christia-  
nis religiofissimis hoc modo baptizari, cū tamē  
facile potuisset hoc eis persuadere; quod est signū  
Ecclesiæ nec in se nec in principibus Christianis  
hanc potestatē agnoscere, & non tantum iudi-  
care id non expedire, cūm potentissimi & pījissimi  
Imperatores facile potuissent occurtere incom-  
modis.

1. Non licet infideles adulteros vi vel metu adige-

re ad baptismum suscipiendum, vt indicat Concil. Toletanum 4. can. 55. ergo neque videtur licitum eorum parvulos ipsi inuitis baptizare, cūm non videatur potior ratio viuis, quam alterius.

Probatur 3. à priori, non licet hos parvulos baptizare cum intentione illos relinquendi sub curā parentum, propter periculum apertum profanationis Sacramenti, neque etiam licet cum intentione eos abstrahendi à parentibus. de priuato id certum est, cūm non possit fingi, ex quo capite habeat potestatē derogandi infri paterno; non potest etiam princeps proles infideliū à parentibus abstrahere communiter, & ex eo quod parentes non procurent suis prolibus baptismum.

Probatur; ea potestas competet principi vel ex peculiari Dei concessione, vel ex ratione principatus & iurisdictionis, etiam nulla intercedente culpa in subditis, vel propter culpm subditorum, quam eo modo potest punire; nullo autem ex his modis dicendum competere principi potestatē abstrahendi à parentibus parvulos infideliū sibi politicē subditorum, & illis inuitis baptismum procurandi.

Minor probatur pro prima parte; præceptum Domini de baptismo recipiendo & conferendo potest commode intelligi, salvo iure cuique à natura competente respectu sue proliis, estque consentaneum ita intelligatur; ergo dicendum non est principi politico peculiariter concessum ut neglecto iure parentum infideliū possit eorum prolibus baptismum procurare.

Confir. 1. constat de iure parentum quo suas proles possunt gubernare carumque curam gere, non constat autem de concessione alicui facta, per quam illud ius elidatur; ergo pro iure parentum iudicandum est, cūm nullus sit detur bandus in particulari casu iure suo aliis certo, nisi constet eo detur bandum.

Confir. 2. si quæ concessio esset facta, non esset dicenda facta principi politico, sed Ecclesiæ, ad quam præceptum baptizandi dirigitur, cūm ex huiusmodi præcepto concessio colligi deberet.

Eadem minor probatur pro secunda parte, principi politici ratione sue iurisdictionis non potest subditos qui non sint mancipi pro arbitrio rebus suis spoliare, cūm non omnia, quæ habent subdit, ita sint principis vt de illis citra vilani iustitiam possit pro arbitrio disponere; ergo ex eo capite non potest infideliū proles à parentibus abstrahere, & iisdem inuitis baptismum procurare.

Denique probatur tertia pars, non potest ostendit parentes infideles peccare, si proles non eurent baptizari in infancia cœlestante necessitate, igitur proles non possunt per modum peccata ab illis abstrahi.

Antecedens probatur; non obligantur legē diuinā, vel lege naturaliter consequente institutio-  
nem baptismi, cūm nulla hæc tenus ostendi potue-  
rit, non etiam ecclesiastica quā non adstringuntur,  
2. licet parentes in eo peccarent non possent a suo  
principe puniri, pro quo

Notandum potestatē puniendi cōnaturali-  
ter comitari potestatē legislatiūam; potestas autem principis secularis, quæ ortum habet à po-  
testate communitatē politica, non potest esse ma-  
ior intensiū, vel extensiū, quam potestas ipsius  
communitatis fuerit; politica autem communitas  
non habet potestatē cōnaturalem cōdendi præ-  
cepta supernaturalia, igitur neque habet ex se

Conc. To-  
let. 4.

Principes non habet potest. acutum puniendi transgredionem prece pitorum supernaturalem.

50.

Obiectio 1.

Resp.

Obiectio 2.

Reip. Potestas principis tantum se extendit ad ea, qua lucrum rationis dictat conducere ad honestatem morum naturalium, &c.

Principes quædam leges rerulem de supernaturis ex tacito consenso Ecclesiæ.

Obiectio 3. ex Concil. Toler. 4.

Resp.

Obiectio 4.

Resp.

Obiectio 5.

Resp.

Obiectio 6.

Resp.

Obiectio 7.

Resp.

Obiectio 8.

Resp.

Obiectio 9.

Resp.

Obiectio 10.

Resp.

Obiectio 11.

Resp.

Obiectio 12.

Resp.

Obiectio 13.

Resp.

Obiectio 14.

Resp.

Obiectio 15.

Resp.

Obiectio 16.

Resp.

Obiectio 17.

Resp.

Obiectio 18.

Resp.

Obiectio 19.

Resp.

Obiectio 20.

Resp.

Obiectio 21.

Resp.

Obiectio 22.

Resp.

Obiectio 23.

Resp.

Obiectio 24.

Resp.

Obiectio 25.

Resp.

Obiectio 26.

Resp.

Obiectio 27.

Resp.

Obiectio 28.

Resp.

Obiectio 29.

Resp.

Obiectio 30.

Resp.

Obiectio 31.

Resp.

Obiectio 32.

Resp.

Obiectio 33.

Resp.

Obiectio 34.

Resp.

Obiectio 35.

Resp.

Obiectio 36.

Resp.

Obiectio 37.

Resp.

Obiectio 38.

Resp.

Obiectio 39.

Resp.

Obiectio 40.

Resp.

Obiectio 41.

Resp.

Obiectio 42.

Resp.

Obiectio 43.

Resp.

Obiectio 44.

Resp.

Obiectio 45.

Resp.

Obiectio 46.

Resp.

Obiectio 47.

Resp.

Obiectio 48.

Resp.

Obiectio 49.

Resp.

Obiectio 50.

Resp.

Obiectio 51.

Resp.

Obiectio 52.

Resp.

Obiectio 53.

Resp.

Obiectio 54.

Resp.

Obiectio 55.

Resp.

Obiectio 56.

Resp.

Obiectio 57.

Resp.

Obiectio 58.

Resp.

Obiectio 59.

Resp.

Obiectio 60.

Resp.

Obiectio 61.

Resp.

Obiectio 62.

Resp.

Obiectio 63.

Resp.

Obiectio 64.

Resp.

Obiectio 65.

Resp.

Obiectio 66.

Resp.

Obiectio 67.

Resp.

Obiectio 68.

Resp.

Obiectio 69.

Resp.

Obiectio 70.

Resp.

Obiectio 71.

Resp.

Obiectio 72.

Resp.

Obiectio 73.

Resp.

Obiectio 74.

Resp.

Obiectio 75.

Resp.

Obiectio 76.

Resp.

Obiectio 77.

Resp.

Obiectio 78.

Resp.

Obiectio 79.

Resp.

Obiectio 80.

Resp.

Obiectio 81.

Resp.

Obiectio 82.

Resp.

Obiectio 83.

Resp.

Obiectio 84.

Resp.

Obiectio 85.

Resp.

Obiectio 86.

Resp.

Obiectio 87.

Resp.

Obiectio 88.

Resp.

Obiectio 89.

Resp.

Obiectio 90.

Resp.

Obiectio 91.

Resp.

Obiectio 92.

Resp.

Obiectio 93.

Resp.

Obiectio 94.

Resp.

Obiectio 95.

Resp.

Obiectio 96.

Resp.

Obiectio 97.

Resp.

Obiectio 98.

Resp.

Obiectio 99.

Resp.

Obiectio 100.

Resp.

Obiectio 101.

Resp.

Obiectio 102.

Resp.

Obiectio 103.

Resp.

Obiectio 104.

Resp.

Obiectio 105.

Resp.

Obiectio 106.

Resp.

Obiectio 107.

Resp.

Obiectio 108.

Resp.

Obiectio 109.

Resp.

Obiectio 110.

Resp.

Obiectio 111.

Resp.

Obiectio 112.

Resp.

Obiectio 113.

Resp.

Obiectio 114.

Resp.

Obiectio 115.

Resp.

Obiectio 116.

Resp.

Obiectio 117.

Resp.

Obiectio 118.

Resp.

Obiectio 119.

Resp.

Obiectio 120.

Resp.

Obiectio 121.

Resp.

Obiectio 122.

Resp.

Obiectio 123.

Resp.

Obiectio 124.

Resp.

Obiectio 125.

Resp.

Obiectio 126.

Resp.

Obiectio 127.

Resp.

Obiectio 128.

Resp.

Obiectio 129.

Resp.

Obiectio 130.

Resp.

Obiectio 131.

Resp.

Obiectio 132.

Resp.

Obiectio 133.

Resp.

Obiectio 134.

Resp.

Obiectio 135.

Resp.

Obiectio 136.

Resp.

Obiectio 137.

Resp.

Obiectio 138.

Resp.

Obiectio 139.

Resp.

Obiectio 140.

Resp.

Obiectio 141.

Resp.

Obiectio 142.

Resp.

Obiectio 143.

Resp.

Obiectio 144.

Resp.

Obiectio 145.

Resp.

Obiectio 146.

Resp.

Obiectio 147.

Resp.

Obiectio 148.

Resp.

Obiectio 149.

Resp.

Obiectio 150.

Resp.

Obiectio 151.

Resp.

Obiectio 152.

Resp.

Obiectio 153.

Resp.

Obiectio 154.

Resp.

Obiectio 155.

Resp.

Obiectio 156.

Resp.

Obiectio 157.

Resp.

Obiectio 158.

Resp.

alio fine indifferenti vendi, vendatur eo fine ut baptizetur.

Dices 2. facile fieri potest ut tales infantes postmodum recedant à fide, si intelligent se à parentibus abstractos ut baptizarentur.

Resp. 1. idem incommode sequi posse ex baptismi collato filiis hereticorum, propter quod tamen non negatur Ecclesiæ potestas illos inuitis parentibus baptizandi.

Resp. 2. posse curari, ut cum adoleuerint, bene intruantur in fide, & nulla parentum mentio ingatur, unde non debet censeri morale periculum propter quod moraliter loquendo non licet tales parvulos baptizare.

Sed difficultas est an liceat baptizare non separando à parentibus. Duobus modis potest intelligi id esse illicitum: primò quia est contra ius parentum; secundò, quia saltē est contra religio-nem & reverentiam Sacramenti debitam.

Durand. & Sotus suprà censem esse contra iustitiam. Suarez disp. 25. scđt. 5. censem saltē esse contra religionem. Vasquez verò disp. 155. censem per se loquendo non esse illicitum. & quidem non esse contra iustitiam facile potest ex dictis colligi; cū enim dominus habeat potestatem suum mancipiū gubernandi, nullam parenti infert iniuriam baptismum illo inuito procurando, non peccat etiam per se contra reverentiam baptismi debitam, quia potest diligenter curare ne proles educatur à parente, cū accesserit vñus rationis, vel prolem, vel parentem vendendo, vel ali-ter occurrando malo impendenti. Quod si aliquis in particulari non possit sufficenter periculis occurrere, nullo modo debet prolem baptizare inuito parente infidei.

Potes nū Domini, qui possunt proles suorum mancipiorum illis inuitis baptizare, ad id obligentur? negat Suarez suprà scđt. 6. Lorca disp. 37. ci-tata. Afferunt Vasquez disp. citata. cap. 7. Tur-ianus disp. 53. dub. 2.

Quæ sententia per se loquendo videtur probabili; quia supposito iure domini quod præbet facultatem procurandi baptismum parvulo, charitas videtur obligare vt res adeo necessaria illi procuretur, nec verum est hanc obligationem ad alios parentes spectare, nam potest spectare etiam ad alios respectu quorum parvulus est in graui necessitate; ergo etiam ad dominos, qui si reddant parvulum parentibus vel vendant alij ethnici, de-terna salute periclitabitur, de qua bene sperari potest si procuretur ei baptismus & inter Christianos edicetur. Argumenta Suarez non tam vi-dentur probare dominum non teneri procurare baptismum quando potest licet, quām non posse procurare fine peccato in circumstantiis ab eo pos-sit, ut facile patet ea consideranti.

Dixi per se loquendo, quia per accidens possunt circulare, vt si quis non possit commodè tot mancipia atere &c.

Ex his duobus dubijs facile potest resoluī num filii Iudeorum inuitis parentibus possint baptizari; id enim pender à questione, num Iudei sint mancipiū Christianorum: in qua pugnantes sunt Doctorum sententie, alij afferentibus, alij negantibus, quibus videtur favere S. Th. hic ad 2. quod etiam satis declarat modus quo principes cum illis se gerunt.

Nec oblitus cap. eis Iudeos, de Iudeis & Sa-racenis, vbi dicitur, eis Iudeos, quos propria culpa fulmis perpetua seruitur, quia Pontifex non vult

eos re ipsa esse mancipia Christianorum, cū in sequentibus contrarium insinuet, sed solum indicat suā culpā dignos redditos, qui in servitutem redigerentur.

Ex his patet non posse illorum filios ijs inuitis baptizari.

Iudeorum filii non possunt ijs inuitis baptizari.

#### ARTICULUS XI.

*Vtrum pueri in maternis uteris positi sint baptizandi?*

**N**EGAT, quod est expositum suprà quest. 66. art. 8. dub. 3. sub fine.

Resp. neg.

#### ARTICULUS XII.

*Vtrum furiosi & amentes debeant baptizari?*

**R**ESOLVTIO etiam huius articuli potest resp. facilè ex dictis colligi, nam si amentes nunquam vñus rationis habuerint, idem de illis est iudicium quod de parvulis, de quibus dictum art. 9. si verò habuerint, non debent baptizari nisi possit sufficiere, ut eu-prius constet illos baptismum aliquando peti; si sufficit verò testimonium vñus fide digni, nec requiruntur conditions qua in iudicis communiter exiguntur in testibus, debet tamen aliquo modo constare quod voluntatem non retrahant, & quod obicem Sacramenti effectui non posuerint, ad quod sufficiet si nihil sciatur de huiusmodi re-tractatione vel obice.

resp.

Vi a mens  
baptizari  
poli suffi-  
ciit eu-pri-  
us ex te-  
stimonio  
vñus fide  
digni, mo-  
do vñus  
conster-  
volu-  
lantur nō  
retrahant.

### QUESTIO LXIX.

*De effectibus baptismi.*

#### ARTICULUS IC.

*Vtrum per baptismum tollantur omnia peccata?*



**F**IRMAT. **N**otandum oīam quosdam hæreticos negasse peccata per baptismum tolli, de quibus agit Gregorius lib. 9. epistola- rum epist. 39. versu finem; quod refutauit Lutherus ut patet ex art. 2. inter damnatos à Leone 10. vbi docet peccatum in puerō post baptismum remanere. quibus similia docent alij hæretici cū volunt peccatum tegi, non imputari, non ve-rò tolli.

resp. affir.  
1. Quidā hæ-  
retici nō  
garunt peccata tolli  
per baptis-  
mum.  
Luther.

Sed fide certum est per baptismum peccata verè remitti & deleri. **P**robatur 1. in Symbolo Concilij Nicæni dicitur, confiteor vñum baptisma in remissionem peccato-rum in Concil. Florent. decreto de Sacramentis dicitur, huius Sacramenti (scilicet baptismi) effectus est remissio omnis culpa originalis, omnis quoque paenitentia, que pro ipsa culpa debetur. vide etiam decretum eiusdem Concilij de purgatorio. in Trident. sess. 5. can. 5. dicitur, si quis per Iesu Christi Domini gratiam, quæ in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam afferit non tolli totum id quod veram & propriam peccati rationem habet, sed

Concluſ.  
Catholica.

Prob. I.  
Symb. Nic.  
Florent.